GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [1] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [2] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [3] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

PANDECTARVM SIVE Partitionum uniuerſalium Conradi Geſneri Tigurini, medici & philoſophiæ profeſſoris, libri XXI.

[= Bibliotheca universalis. T. 2.]

AD LECTORES.

SECVNDVS hic BIBLIOTHECAE noſtræ Tomus eſt, totius philoſophiæ & omnium bonarum artium atq; ſtudiorum Locos communes & Ordines uniuerſales ſimul & particulares complectens. Vos lucrum hoc ingens ad ſua quiſq; ſtudia reportate, & grati eſtote authori propter tantum Opus feliciter diuina gratia inchoatum: non quod idem abſoluendum unquam ab ipſo expectari debeat, ſed ut quiſq; ſibi pro ſtudiorum ſuorum uſu id accommodet. Licebit enim ſtudioſis quicquid uſquam memoratu dignum legendo occurret, facile huc in ſuos quaſi nidos recondere, unde ſuo tempore rurſus depromant. Et procliue quidē hoc erit factu illi, qui philoſophiæ partes atq; differentias cognouerit, aut ſaltem Titulos, quos ſingulis in hoc Volumine libris Indicis uice futuros præfiximus, iterum atq; iterum inſpexerit.

Librorum enumeratio ſequente pagina continetur.

TIGVRI EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS Froſchouerus, Anno M. D. XLVIII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [5] - -
PUBLIC DOMAIN

ORDO LIBRORVM HVIVS OPERIS.

LIBER I. De Grammatica & Philologia Folio 1
II. De Dialectica 43
III. De Rhetorica 49
IIII. De Poetica 59
V. De Arithmetica 73
VI. De Geometria, Opticis, & Catoptricis. 77
VII. De Musica 81
VIII. De Astronomia 87
IX. De Astrologia 95
X. De Diuinatione cum licita tum illicita, & Magia 99
XI. De Geographia 107
XII. De Historijs 117
XIII. De diuersis Artibus illiteratis, Mechanicis, & alijs humanæ uitæ utilibus 165
XIIII. De Naturali philosophia 181
XV. De prima philosophia seu Metaphysica, & Theologia gentilium 237
XVI. De Morali philosophia 261
XVII. De Oeconomica philosophia 303
XVIII. De re Politica, id est Ciuili, & Militari 311
XIX. De Iurisprudentia indices tres 329
XX. De re Medica.
XXI. De Theologia Christiana.

¶ Duo postremi libri ob temporis angustiã in præsentia non additi. seorsim quàm primum licebit, Deo fauente, prodibunt: unà cum Indice in totum hunc secundum Tomum: & fortasis etiam Appendice primi Tomi, quam satis luculentam habemus.

EMPTOR ET LIBER.

Dic quid habes artis? Multos ego multa per annos
Ex scriptis legi uarijs, multa otia rupi,
Ingenijs iuuenum minus ut labor arduus esset.
Nam quæcunq; libet uerbis tractare disertis,
Quicquid habent artes, mundus, natura, Deusq;,
Materies cunctis hinc multa & pulchra petetur.

BIBLIOTHECA REGIA HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [6] - -
PUBLIC DOMAIN

ORDO LIBRORVM HVIVS OPERIS.

LIBER I. De Grammatica & Philologia Folio 1
II. De Dialectica 43
III. De Rhetorica 49
IIII. De Poetica 59
V. De Arithmetica 73
VI. De Geometria, Opticis, & Catoptricis. 77
VII. De Musica 81
VIII. De Astronomia 87
IX. De Astrologia 95
X. De Diuinatione cum licita tum illicita, & Magia 99
XI. De Geographia 107
XII. De Historijs 117
XIII. De diuersis Artibus illiteratis, Mechanicis, & alijs humanæ uitæ utilibus 165
XIIII. De Naturali philosophia 181
XV. De prima philosophia seu Metaphysica, & Theologia gentilium 237
XVI. De Morali philosophia 261
XVII. De Oeconomica philosophia 303
XVIII. De re Politica, id est Ciuili, & Militari 311
XIX. De Iurisprudentia indices tres 329
XX. De re Medica.
XXI. De Theologia Christiana.

¶ Duo postremi libri ob temporis angustiã in præsentia non additi, seorsim quàm primum licebit, Deo fauente, prodibunt: unà cum Indice in totum hunc secundum Tomum: & fortasis etiam Appendice primi Tomi, quam satis luculentam habemus.

EMPTOR ET LIBER.

Dic quid habes artis? Multos ego multa per annos
Ex scriptis legi uarijs, multa otia rupi,
Ingenijs iuuenum minus ut labor arduus esset.
Nam quæcunq; libet uerbis tractare disertis,
Quicquid habent artes, mundus, natura, Deusq;,
Materies cunctis hinc multa & pulchra petetur.

BIBLIOTHECA REGIA HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [7] - -
PUBLIC DOMAIN

CONRADI GESNERI TIGVRINI IN SECVNDVM BIBLIOTHECAE TOMVM PRAEFATIO, IN QVA ET Operis ratio redditur, & multa ad communem studiorum institutionem disseruntur.

QVANDO QVIDEM singulæ huius Voluminis partes, in suos quasi patronos, quibus inscribuntur, distributę sunt, integrum ipsum & uniuersum rursus alicui nũcupare, cui pars nulla supersit peculiaris futura, absurdum & hominis nimiũ, ut ita loquar, dedicaturientis forsan uideretur. Ego contrà tueri me possem, cæteras dedicationes magis ad argumentum quod tractatur spectare, quàm ut patrociniũ aliquod per eas quæratur, præsertim cũ unico ferè libros quos quiq; excuderint cõmemorandi studio, illas instituerim, nõ potest autem quisquam ipse sibi rebúsue suis patronus esse. Præterea sicut multarum rerum ea conditio & natura est, ut licet in partes quodãmodo diuidantur, cum beneficio in plurimos (quales sunt lux, calor, splendor, & alia huiusmodi) integræ nihilominus existãt: sic etiam bonæ literæ, earumq; fructus, qui libris continetur, utcunq; in multos diffusus, uim suam & utilitatem seruat integrã secum. Iam quis nescit unius rei alium esse dominum posse ex proprietate, aliũ uero usufructuarium? His ego rationibus defendi poteram, & illustri uiro Cæsareæ maiestatis à consilijs D. Leonardo Beckh à Beckhenstain, Mecœnati meo & patrono optime merito, qui omnes bonas literas & ipse diligẽter colit, & in alijs quamplurimis liberaliter promouet, ut primum Bibliothecæ Tomum, ita hunc etiam iure consecrare: quoniam is ad utrunq; mihi absoluendum author & hortator fuit primarius. Veruntamen ut aliorum criminationes effugiam, & minus hic sim uerbosus, relicta prolixiori nuncupatione, quam uariæ clarissimi uiri uirtutes poscerẽt, mox ad Operis huius rationem, studiosis lectoribus, quos æquos & benignos mihi opto, breuiter explicandam aggrediar.

Cum primus Bibliothecæ nostræ Tomus ederetur, qui uno perpetuo literarum ordine omne genus scriptorum lucubrationes percenset, in præfatione promisi secundum etiam ac tertium Tomum, longe diuerso instituto, breui addẽdos. Huius me reum promissionis mox non typographus solum, ceu iure quodam suo urget (quod ipsius interesset, et primus Tomus hoc edito uendibilior foret) sed amici quoq; plurimi domi forisq; è longinquis regionibus, rogant, instant, exigũt promissa & efflagitant. Quid facerem? ἐγγύα, πρὰ δ' ἄτη: periculosum enim est non solum de alijs, sed etiam de seipso promittere. Inuitus accedo, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, cum uixdum à primi Tomi laboribus immẽsis respirassem, necdum exonerassem me tædio, quod ubi unum opus prolixè durat, nec ulla uicissitudinis gratia interuenit, oboriri solet. Maluissem hoc tempore aliud iucundius & facilius argumentum tractare, leuior enim labor maiori succedens, ipso magis otio recreat & salubrior est, siue quis ingenij, siue corporis exercitia consideret. Qui montem ascendit, idem paulo post descendendo quiescere uidetur. Penitus uero otiari res noxia & planè contra naturam est. Occupant me multis iam annis publica philosophiæ naturalis interpretatio, rei medicæ professio, curæ domesticæ, & alia quædã: subiui tamen hoc onus utcunq; fastidio & tergiuersatione plenus: quæ mihi pariebat, nõ quidem Operis aspernatio, quod maximè fructuosum uidebam futurum,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [8] - -
PUBLIC DOMAIN

sed tenuitatis & doctrinæ meæ tanto conatu longè inferioris conscientia. Amicis non indoctis materiã omnem futuri Operis obtuli sæpissime, ipsi ut disponerent ac pro uiri bus perficerẽt rogaui, nihil egi. Multis in describẽdis operas quorundã adhibui, unde mihi non tã leuatus quàm auctus labor, cum illi non satis pro meo instituto pleraq; de scripsissent, & breuius plurima quàm ut inde argumenta, sensus, & significationes perciperem, quantum recte digesturo necessariũ erat. Pigebat autẽ me, neq; uacabat, de integro omnia rescribere. Vsus sum igitur scriptis illorum, & quoad potui ad meũ reuocaui scopum, pleraq; difficiliora apud ipsos authores inquisiui, & primũ subinde Tomum consului. Quæ idcirco admoneo, ut promptior mihi ueniæ sit locus apud benignum lectorem, si quæ inciderint mutanda uel abolenda, quorum multa in alienũ, non pauca etiam in nostrum, ut candide dicam, referri debent errorem. Interim ampliorem simul ex Græcis Latinisq; libris materiam conscribere nunquã destiti, donec tandem in eum cumulum, qui iusto uoluimini par foret, accreuisse iudicarem. Descripta mox singula suos in locos & ordines (hoc opus, hic labor) ut apparet, distribuo. Postremo dum singula quæq; rursus describo atq; interpolo, prælum adhibetur. Hæc de labore nostro, eiusq; modo dixerim. Nunc priusquã usum eius declarem, obiectioni quorundam respondebo.

Incusant plerique docti etiam homines polygraphiam, & merito quidem illi meo iudicio: plures enim hodie improbissimum scribendi cacoethes, ut Satyricus ait, quàm ullum olim seculum inuasit. Ne quis igitur per querimoniã multos magnosq; indies libros ædi, quibus nemo legendis sufficiat, onerari ingenia, sumptus augeri, hoc etiam Volumen accuset, sic habeto: In utroq; Bibliothecæ Tomo non alium mihi magis scopũ esse propositũ, quàm ut minuatur inutilium scriptorũ numerus, saltẽ quod lectionem attinet, hoc est ut facilius liceat ex pluribus unum uel pauciores deligere, quorũ comparatione alij multi in eiusdem argumenti tractatione inutiles sunt. Delectum autẽ facient, alij suopte ingenio, alij ex primo Tomo admoniti, ubi & argumẽta plerunq;, & censuras interdũ, uel nostras, uel aliorũ, uel ipsorũ de se authorũ adiunximus: & qua singuli ætate floruerint, & an extent eorũ scripta, & ubi extẽt, & alia quędam monuimus, ita ut necessarius ferè primus Tomus ad secundũ uideatur. Redeo ad excusandam polygraphiã. Plerique libros eius generis conscribunt, qui nisi ordine à principio ad finem & integri legantur, nihil ferè profuerint lectori: hi sanè dicendi sunt augere librorũ numerũ, & onerare studiosos: nisi ita libros suos instituãt, ut uel ab alijs rectè dicta omittant, sua tantũ ipsi & noua adferant, aut aliorũ scriptis ita utantur, ut uel unũ aliquem authorẽ, uel duos plures ue integros cõprehendãt, adeò ut boni apud illos nihil sit, quod non ipsi suis addiderint, & à pluribus forte repetita, semel tantum ipsi efferant, quod Imperator Iustinianus in Iure ciuili præstitisse fertur. Hoc qui fecerit, minuit polygraphiam, & plurimũ iuuat studiosos, dum inutiles aliorum libros reddit. Exemplo meæ professionis clarius dicam quod sentio: De theriaco remedio tres Galeni, ut creditur, libros habemus, unũ qui primus est de antidotis, alterũ ad Pisonem, tertium ad Pamphylianũ, in his tanquã brassica recocta eadem iterũ atq; tertio repetuntur, cum facile omnia in uno libro includerentur, nec prohiberet hoc fieri, quod loci quidam sint pugnantes: nam & hoc breuiter admoneri posset. Alioqui nõ modo in tribus pro uno legendis laborandum erit, sed in conferendo quoq; pugnantia plus tædij deuorandũ per diuersos libros, quã si quis unus pro omnibus uno in codice ea proponat. De simplicibus pharmacis multi ex professo scripserũt, sed dicam de ueteribus tantum nonnullis, ut sunt Dioscorides, Theophrastus, Athenæus, Galenus, Oribasius, Aëtius, Paulus Aegineta, Plinius, Nicander, in ijs quæ extant, sparsim, & alij: in libris istorum plurima toties repetuntur, quot ipsi numero sunt scriptores: plurimum igitur deberetur illi, qui ex omnibus unum conficeret uolumen, quod præter cæteras commoditates, emendatius quoque propter collationes futurum esset. Quis enumeret practicas, ut uocant, ueterũ & recentiorum medicorum? utinam & ueterum omnes uno aliquis opere concluderet, & altero

recen-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [9] - -
PUBLIC DOMAIN

recentiorum omnes, & quicquid hi ab illis habent, quæ plurima sunt & plæraque deprauata, hic omitteretur. Dicat mihi aliquis, túne ita scriptorum libros reddere inutiles, & sua quemq; gloria fraudare auderes? Atqui ego ut ueneror omnes qui uel scribendo uel aliter in communem aliquid usum cõtulerunt: sic opera illorum haudquaquam penitus aboleri uelim, quod in Iustiniano reprehendunt: sed plures quidem in unum cõferri ad lectionem & studiorum necessitatem: ipsos uero authores interim seruari integros, ut si quis scrupulus incideret, archetypa consulenda non deessent. Alterum genus librorum est, qui non ut uniuersi ordine perlegantur, sed ad usum duntaxat & inquisitionem comparati sunt: ut Vocabularia, & Indices, qui uel alphabetico uel alio quopiam non difficili quærentibus ordine componuntur: In quo genere conscripti libri, leuare potius & iuuare studia dicendi sunt, quàm onerare: quanquã & hic modus est quidam, quem nonnulli excedunt. Huc pertinent, ut uterq; Bibliothecæ nostræ Tomus, sic aliæ pleræq; lucubrationes nostræ, ut Catalogus de nominibus plantarũ πῖναξ, & Historia plãtarum, & Onomasticon omne genus propriorum nominum, quod denuo nunc locupletatum excuditur: & tertio à nobis auctum Lexicon Græcum, & semel Ambrosij Calepini Latinum, quæ omnia literarum ordine procedunt. Scripsi & scholia quædam & compendia, castraui Martialem, denique multa ex Græcis transtuli: in quibus omnibus si quis polygraphum me uocet, iniurius puto mihi fuerit. Hæc hactenus, extra capellas fortassis, non tam remota tamen, ut Posthumi illius apud Martialem uerba.

Iam ipsum Operis usum paucis attingam, de quo etiam in primi Tomi præfatione nonnihil dixi, & ipse satis per se manifestus est, tum ex prima operis fronte, tum librorum eius catalogo, & Titulorum argumentis quæ ante singulos libros collocantur, quę omnia repeti hic superuacuum esset: tum manifestior adhuc fiet, si quis unam & alteram horam passim inspiciendo Operi dederit: dicam tamẽ hic quoq; nonnulla, quæ ad Lectorum utilitatem nonnihil momenti habere iudico. Sciendum est igitur, eadem omnia authorum scripta, quæ primo Tomo recensentur, secundum authorum nomina alphabeti ordine, repetita hic esse, & pro argumenti ratione per locos communes disposita: quanquam non ea qua uellem diligentia, omnia ex primo Tomo descripta sint, ut iam prius excusaui. Et quia sic nõ satis instructum futurũ Volumen uidebatur, & perpauca particularia continere, addidi etiam argumenta seu titulos capitum ex plurimis Græcis Latinisq; authoribus, illis præsertim qui Locos communes scripserunt, uel suo stylo, uel Collectanea tantum: & illis qui uaria tractauerũt, de quibus plura legat, cui uacabit, libro primo huius Operis, Tituli 13. parte 1. & 4. & 6. nec enim hic repetere libet, etsi maxime huc faciant, ut intelligatur qua ratione & ex quibus authoribus Volumen hoc consarcinatum sit. Multos etiam libros, quorum in primo Tomo nulla fit mentio, hic passim nominamus, partim quod authores eorum ignoti sint, partim quod eo tempore quo primus Tomus excudebatur, nondum mihi cogniti essent. Quorum tamen authores cognoscuntur, illi in Appendice etiam primi Tomi, suo ordine commemorantur. Sed tempus est de ijs uerba facere, quæ Operis utilitatem propius attinent. Quemadmodum igitur omnis doctrina discendo docendoq; consummatur: ita hoc Opus ad utrunq; utilissimũ esse, partim ostendi, partim nũc etiam ostendam. Ad discendum ergo nihil tantopere confert, quam delectum habere librorũ, & optimos quosq; sequi: quod quidem mediocriter assequetur, qui simul utrũq; Bibliothecæ Tomum consuluerit, in secundo enim sola ferè scriptorũ nomina reperiet, in primo etiam argumenta & censuras singulorum, & alia quædam. Discet etiam in secundo Tomo quinam aliquid utile ad singulorum librorũ faciliorem intellectum aut usum ediderint, ut commẽtarios, scholia, paraphrases, indices, compendia, translationes in diuersas linguas: & alia huiusmodi, quæ cum ad discendum, illis præcipue qui uiua præceptoris uoce destituuntur, tum ad do-

ſed tenuitatis & doctrinæ meæ tanto conatu longè inferioris conſcientia. Amicis non indoctis materiã omnem futuri Operis obtuli ſæpiſſime, ipſi ut diſponerent ac pro uiri bus perficerẽt rogaui, nihil egi. Multis in deſcribẽdis operas quorundã adhibui, unde mihi non tã leuatus quàm auctus labor, cum illi non ſatis pro meo inſtituto pleraq; de ſcripſiſſent, & breuius plurima quàm ut inde argumenta, ſenſus, & ſignificationes perciperem, quantum recte digeſturo neceſſariũ erat. Pigebat autẽ me, neq; uacabat, de integro omnia reſcribere. Vſus ſum igitur ſcriptis illorum, & quoad potui ad meũ reuocaui ſcopum, pleraq; difficiliora apud ipſos authores inquiſiui, & primũ ſubinde Tomum conſului. Quæ idcirco admoneo, ut promptior mihi ueniæ ſit locus apud be nignum lectorem, ſi quæ inciderint mutanda uel abolenda, quorum multa in alienũ, non pauca etiam in noſtrum, ut candide dicam, referri debent errorem. Interim am pliorem ſimul ex Græcis Latiniſq; libris materiam conſcribere nunquã deſtiti, donec tandem in eum cumulum, qui iuſto uolumini par foret, accreuiſſe iudicarem. Deſcri pta mox ſingula ſuos in locos & ordines (hoc opus, hic labor) ut apparet, diſtribuo. Poſtremo dum ſingula quæq; rurſus deſcribo atq; interpolo, prælum adhibetur. Hæc de labore noſtro, eiuſq; modo dixerim. Nunc priuſquã uſum eius declarem, obiectio ni quorundam reſpondebo.

Incuſant pleriq; docti etiam homines polygraphiam, & merito quidem illi meo iu dicio: plures enim hodie improbiſſimum ſcribendi cacoethes, ut Satyricus ait, quàm ullum olim ſeculum inuaſit. Ne quis igitur per querimoniã multos magnoſq; in dies libros ædi, quibus nemo legendis ſufficiat, onerari ingenia, ſumptus augeri, hoc etiam Volumen accuſet, ſic habeto: In utroq; Bibliothecæ Tomo non alium mihi ma gis ſcopũ eſſe propoſitũ, quàm ut minuatur inutilium ſcriptorũ numerus, ſaltẽ quod lectionem attinet, hoc eſt ut facilius liceat ex pluribus unum uel pauciores deligere, quorũ comparatione alij multi in eiuſdem argumenti tractatione inutiles ſunt. Dele ctum autẽ facient, alij ſuopte ingenio, alij ex primo Tomo admoniti, ubi & argumẽta plerunq;, & cenſuras interdũ, uel noſtras, uel aliorũ, uel ipſorũ de ſe authorũ adiunxi mus: & qua ſinguli ætate floruerint, & an extent eorũ ſcripta, & ubi extẽt, & alia quę dam monuimus, ita ut neceſſarius ferè primus Tomus ad ſecundũ uideatur. Redeo ad excuſandam polygraphiã. Pleriq; libros eius generis conſcribunt, qui niſi ordine à principio ad finem & integri legantur, nihil ferè profuerint lectori: hi ſanè dicendi ſunt augere librorũ numerũ, & onerare ſtudioſos: niſi ita libros ſuos inſtituãt, ut uel ab alijs rectè dicta omittant, ſua tantũ ipſi & noua adferant, aut aliorũ ſcriptis ita utan tur, ut uel unũ aliquem authorẽ, uel duos plures ue integros cõprehendãt, adeò ut bo ni apud illos nihil ſit, quod non ipſi ſuis addiderint, & à pluribus forte repetita, ſemel tantum ipſi efferant, quod Imperator Iuſtinianus in Iure ciuili præſtitiſſe fertur. Hoc qui fecerit, minuit polygraphiam, & plurimũ iuuat ſtudioſos, dum inutiles aliorum li bros reddit. Exemplo meæ profeſſionis clarius dicam quod ſentio: De theriaco reme dio tres Galeni, ut creditur, libros habemus, unũ qui primus eſt de antidotis, alterũ ad Piſonem, tertium ad Pamphylianũ, in his tanquã braſsica recocta eadem iterũ atq; ter tio repetuntur, cum facile omnia in uno libro includerentur, nec prohiberet hoc fieri, quod loci quidam ſint pugnantes: nam & hoc breuiter admoneri poſſet. Alioquí nõ modo in tribus pro uno legendis laborandum erit, ſed in conferendo quoq; pugnan tia plus tædij deuorandũ per diuerſos libros, quã ſi quis unus pro omnibus uno in co dice ea proponat. De ſimplicibus pharmacis multi ex profeſſo ſcripſerũt, ſed di cam de ueteribus tantum nonnullis, ut ſunt Dioſcorides, Theophraſtus, Athenæus, Galenus, Oribaſius, Aëtius, Paulus Aegineta, Plinius, Nicander, in iſs quæ ex tant, ſparſim, & alij: in libris iſtorum plurima toties repetuntur, quot ipſi numero ſunt ſcriptores: plurimum igitur deberetur illi, qui ex omnibus unum conficeret uolumen, quod præter cæteras commoditates, emendatius quoque propter colla tiones futurum eſſet. Quis enumeret practicas, ut uocant, ueterũ & recentiorum medicorum? utinam & ueterum omnes uno aliquis opere concluderet, & altero

recen-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [11] - -
PUBLIC DOMAIN

professor faceret. Certe methodũ, ordines, locos, diuisiones, definitiones, totã denique corporis sui cõstitutionẽ, scientiæ oẽs à dialectica mutuanẽ. Huius ego instrumenti nõ prorsus, ni fallor, impitus: & in plerisq; aliis artib. uel parũ & oblectationis tantũ gratia uersatus: uel diu etiã imoratus, ut grãmaticæ & philologiæ à puero, physicæ & medicinæ multis iã annis: nec nõ sæpe doctorũ hominũ uel scriptis, uel præsentiũ eruditiõe adiutus, hoc Opus his & huiusmodi occasionib. utcũq; natum, siue maturũ siue abortiuũ, typographo et amicis tantũ non cogentibus emisi. Nullã inde ingenij, nullam doctrinæ laudẽ aucupor, pro laboribus tantũ, qui profecto fuerunt ingentes, lectorẽ mihi candidum & nõ ingratum optauerim. Ingratis deterius nihil imprecabor, quã ut tantundem laboris in hoc aut æque difficili argumento ipsis subire, & eruditorum de se iudicia sustinere contingat.

Rursus obijciat aliquis in annos aliquot premi debuisse hoc Opus, donec paulatim elaboratum nihil in se desyderandum amplius reliquisset. Ego uero tametsi inuitus ad id componendum animum applicauerim, simulac tamen utcunq; absolutum mihi uisum est, statim æditionem acceleraui, ut & studiosi hunc si quis erit fructum expectare desinerent, & ipse molestissimis lucubrationibus quàm primũ liberarer: non secus ac qui in sole uel pluuia celerius ambulant, ut eo citius cœli iniuriã declinent. Quis tantũ sibi negotij domi sponte alat, nisi qui uoluendũ Sisyphi saxũ desyderet? Res planè infinita est: prodeunt noui & innumeri subinde libri: et ut nulli prodirent, quæ tandem ætas omnibus ueterũ legendis, inq; suas classes redigendis sufficeret? Cæterum unum aliquod argumentum diutius premi & expoliri (ut nos in Animalium historia facimus, non tam elocutioni, quod nõ uacat, quàm rebus augendis ac emendandis) maximopere laudo. Dum recẽs est fœtura, affectus etiam, quo nostris nimium fauemus, uehemẽtior est: eamq; ob causam, & quia priore sapientior est posterior dies, ut poeta ait, aliquandiu reponi noua scripta iubentur, dum cæca philautia deferuescat. At ego nec admodum hæc mea diligo, in quibus præter laborem digerendi describendiq;, nihil ferè meum est: & errores in eis iam uideo, ut supra confessus sum. Lucem tamen eis permitto, ut agricolæ lapidosos etiã agros nonnunquã colunt ac uberes sæpe fruges ex eis metũt. Non inepte enim opinor Pandectas nostras (quas ita uocaui, quia ex omne genus authoribus cõfectæ sunt, & quod studiorum omnium classes cõplectantur) huiusmodi agro, lapidibus inquam, aut sentibus & alijs frugum uitijs repleto, fœcundo tamen, aliquis comparauerit: tum alias ob causas, tum quod ad barbaros quoque scriptores, quos ne in primo quidem Tomo omittere libuit, lectorẽ sæpe remittimus. Eiusdẽ cõparationis est, multa tenuia & exilia passim inueniri, quæq; rarissime in usum uentura existimentur. In causa est, quod cum ex multis libris capita descripta haberem, nec alia splendidiora inquirerem, quicquid in illis inueni, aliquò referre, quàm omnino abijcere maluerim: ut qui nõ solũ communibus rebus, sed raris etiam, suas assignare sedes decreuissem. Festinaui plerũq; ad sequentia, & proposito meo in prima saltem æditione satisfactũ iri putaui, si quid quoq; in loco reponendũ esset quasi digito inter prætereundũ demonstrarẽ, & his uelut exẽplis similia ad easdẽ classes reducendi tyrones exercerẽ. Etenim sicut in Dialecticis, nõ modicã artis partẽ assecutus est, qui rerũ omniũ genera, species, ac differentias tenet: id est, singula uocabula, ad sua (ut uocant) prædicamenta, non simpliciter, sed sub proximo genere speciéue locare nouit: Ita in omni philosophia plurimum ille profecisse existimandus est, qui omne quod inter legendũ occurrerit, ad certum librum, libriq; titulum, & tituli partem referre potuerit: quod quidem studiosus adolescens pauca exercitatione, dum nostra legit, & adiungere alia conatur, mox cõsequetur. Quod si qui Loci deesse deprehẽdentur, de suo etiã illos adscribet: sic & seipsum in philosophia exercebit, & librum de suo auctiorem reddet, & nostris deinceps commodius promptiusq; utetur. Verum hæc superius inter utilitates dici debuerant. Redeo ad paulò ante cœptam excusationem, cur quorumuis autho-

rum ſcripta, & ex bonis ſæpe authoribus nimis exilia quædam, ſubinde citauerim. Feci ut facere ſolent, qui triticum, legumina, uel alia ſemina colligunt, & quicunque in magna quarumuis rerum copia congerenda laborant: Omnia illi uidelicet initio pariter coaceruata reponunt, poſtea demum cum aut maius otium fuerit, aut partem aliquam in uſum uertere libuerit, delectum adhibituri, & utilia ab inutilibus ſegregaturi, ſiue hoc ipſimet faciant, ſiue illi quibus uendiderint. Nam mihi quoq; prolixus fuiſſet labor, imò impoſſibilis, nec unquam ad maturitatem peruenturus, ſi ad unguem examinare, & accuratiſſime omnia collocare uoluiſſem: Partes uero ſingulas ad uſum adornare, & quædã apud ipſos qui citantur authores inquirere, & quæ non placebunt reijcere, non adeò laborioſum erit ſtudioſis: præſertim cum plæriq; uno aut altero libro tantum ad profeſſionem ſuam accuratius cõfecto indigeant, cęteris in eo quo ſunt gradu cõtenti futuri. Exhibeo materiam ædificij, ita ut lapides, ligna, calx, arena, ſeparata ſint, quanquã nõ exquiſite, ut ſæpe minuta quædã intercidere ſolent, & alieno eſſe loco: inde ſi quis ſtructuram aptaturus eſt aliquam, partem laboris in lucro habet, eam pro arbitrio diſponat, minuat, augeat, interpolet, expoliat.

Quod ad tertium Tomum (quem itidem in Præfatione ſuper primo pollicitus ſum, tanquam eadem omnia in eo alphabeti ordine propoſiturus, quæ in ſecundo per ſcientiarum locos continentur) ſententiã mutaui. Quare nemo illum expectabit à nobis, quod non admodum eo opus ſit. Nõ enim rudibus omnino ſcribimus: ſed illis, qui eruditionis aliquid ſecum afferant, & ubi ſingula quærenda ſint intelligant, aut breui exercitio condiſcant, ut phyſica ab ethicis & metaphyſicis, rhetorica à dialecticis, & mathematica inter ſe, & aliarum artium ſubiecta ab alijs diſcernant. Indoctiores enim quàm ut rerum Locos dignoſcant, etiamſi materiã uberem in promptu haberent, explicare tamen eam & ut par eſt tractare nequirent. Poterit autem aliqua ex parte tertij Tomi uſum penſare alphabeticus index, in ea quæ ſecundo continentur, non ſingula quidem (ut qui à tertio Tomo promiſſo nihil differret) ſed uniuerſalia præcipue concinnatus: qualis facile conficietur ex Titulis in ſingulos libros uel paulò copioſior. Eum nunc non adiecimus, anguſtia temporis excluſi: accedet autem, ut ſpero, cum duobus poſtremis libris de re Medica & Theologia, breui ſeorſim, ſi nihil inter os & offam, exituris. Satisfacient igitur ſtudioſis duo Bibliothecæ Tomi, Deo opt. max. fauente iam editi, quibus exornãdis & abſoluendis utinam mihi tam otium & eruditio nõ defuiſſent, quàm uideo atq; intelligo optimam & mirificam eorum in omnibus ſtudijs, præſertim ſi melior manus acceſſerit, utilitatem prouenturam. Omnino ſanè philoſophi, id eſt ſtudioſi hominis, intereſt, de rebus ubiq; omnibus materiã habere paratã. Ea uero quid conducet, niſi ordinata diſtinctaq; ſit: Ordinari uero non poterit, niſi certis ſcientiarũ omnium locis inſtitutis. Quod factu neceſſarium eſt, non modo quia multa diuerſaq; rerum genera ſunt: ſed etiam quia res una eadẽq;, ſi aliter atq; aliter cõſideres, ad ſcientias diuerſas pertinet. Oportet autem ut intra ſuos quæq; terminos ſe contineat, nec inuadat alienos.

Ordinis certe ratio ut rebus in omnibus, humanis, naturalibus, diuinis & cœleſtibus uim habet maximã, ut quicquid uſquã propemodũ laude & admiratione dignum exiſtit, id ordinationi acceptũ feratur: ita in literis diſcendis docẽdisq; ſine ordine recte fieri nihil poteſt. Ordine carere uulgo dicuntur, quæcunq; indecora & reprehendenda fuerint. Nulla tam cõmunis uirtus rebus cunctis ineſſe uideẽ, quàm ordinis ratio: eaq; multò latius patet q̃ ut paucis cõprehendi poſſit. Primũ enim mundus ipſe uniuerſus cum aliâs tum cœlorũ & ſyderũ ambitu exquiſite, et ratis quatuor anni temporũ uicibus, perfectiſſimũ ordinis exẽplar obſeruat, ſuisq; partibus ad imitationẽ præſcribit, adeò ut nõ minus ab ordine q̃ rerum ornatu & pulchritudine nomẽ apud Græcos & Latinos indeptus ſit, quemadmodũ elegantiſſimè ſcribit Ariſtoteles in ſuo philoſophiæ cõpendio his uerbis: Τὶς γὰρ αὐ ἁγ φυσις ἥδε κοσμήσαι;

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [13] - -
PUBLIC DOMAIN

κρείττωψ: ἐμοὶ γὰρ αὖ ἔπεσι τις, μέρ' ἀὐτ' δεῖ, τό, τι καλὸν πᾶν ἐπώνυμόν ὄντι τόδε, ℭ τὸ πεπαγμένον ἀεὶ τὸ κόσμιον λεγόμενον κινδυνεῦον. τῆς δὲ ἅπαν ὑπὸ μέρος δίκαιον ἂν ὀρθῶς δίκαιον τῇ κατ' ἐρανὸν τάξει τι καὶ φορᾷ, ἄστρων ἥλιός τε ℭ σελήνης κινημάτων ἐν ἀκριβεστάτοις μέτροις ὀρθῶν ἐς ἕτερον ἀεῖνα. τῆς δὲ χθόνιον ἂν ἀφθόνια ποιάδε, ἢν ἴσα φυλάττωσιν ἀεὶ καλὰ ℭ γόνιμοι ἅπαν ὅλων ὥραι, θέρη τε καὶ χειμῶνας ἐπάγουσαι πεπαγμένως, ἡμέρας τε καὶ νύκτας, εἰς μῆνος ἀκτέλεσμα καὶ ἐνιαυτός. Deinde singulas quoq; mundi partes certum ordinē sequi, & totius imitari naturam ad id conseruandum, etsi liquidò constat, indulgeamus tamen aliquid amœnitati contēplationis, & eius quod dicimus exempla quæramus. In homine igitur (qui ueluti alter quidam sed minor mundus est & uocatur) ordinem reperias, non in anima solum, eiusq; actionibus & inuentis, ut artibus & artium effectis, sed ipso etiā corpore: id quod Platonicis è Gorgia depromptis potius quàm meis approbare uerbis libet, ubi Socrates ita loquitur. οἶσθ' ἃ βούλει ἡμῖν σὺ ζωγράφους, οὓς οἰκοδόμους, οὓς ναυπηγούς, οὓς ἄλλους πάντας δημιουργοὺς ὧν τινα βούλει αὐτῶν, ὡς εἰς τάξιν τινὰ ἕκαστος ἕκαστον τίθησιν ὁ ἂν τίθῃ: καὶ προσαναγκάζει τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ πρέποντα εἶναι καὶ ἁρμόττειν, ἕως ἂν τὸ ἅπαν συνέστηται, πεπαγμένον καὶ κεκοσμημένον πρᾶγμα. καὶ οὗτοι δὴ ἄλλοι δημιουργοί, καὶ ὃς νῦν δὴ ἐλέγομεν οἱ πρὸς τὸ σῶμα παιδοτρίβαι τε καὶ ἰατροί, κοσμοῦσί πῃ τὸ σῶμα καὶ συνιστᾶσι. ὁμολογοῦμεν οὕτω τοῦτ' ἔχειν, ἦ δ'; Καλλικλῆς. Ἔστω ταῦτα. Σωκρ. Τάξεως ἆρα καὶ κόσμου τυγχάνει οἰκία, χρησιὴ ἂν εἴη: ἀταξίας δὲ μοχθηρά; Καλλ. Φημί. Σωκρ. Οὐκοῦν καὶ πλοῖον ὡσαύτως; Καλλ. Ναί. Σωκρ. Καὶ μὴν ℭ τὰ σώματα φαμὲν τὰ ἡμέτερα; Καλλ. Πάνυ γε. Σωκρ. Τί δ' ἡ ψυχή; ἀταξίας τυγχάνει οὖσα χρηστή, ἢ τάξεώς τε καὶ κόσμου τινός; Καλλ. Ἀνάγκη ἐκ τῶν ὁμολογουμένων καὶ τοῦτο συνομολογεῖν. Mox subdit, ordinem & ornatum, in corpore, sanitatē & robur: in anima iustitiam & temperantiam nominari. Hæc ordinis uirtus est in magno minoreq; mūdo: nec secus in reliquis rebus omnibus: q̄d optimi ciuis Atheniēsis Ischomachi, in Xenophontis Oeconomico, sermone confirmandum uidetur, ubi ille uxorem de rei domesticę cura instituens, sic ait: Ἔστι δ' ὅτῳ οὕτως, ὦ γύναι, ὅτ' ἔστιν ὅτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. καὶ γὰρ χορὸς ἂν ἀνθρώπων συγκείμενος ἔστιν: ἀλλ' ὅταν μὲν ποιῶσιν ὃ, τὰ αὐτύχ' ἕκαστ℧, παραχὴ τις φαίνεται, ℭ θεᾶσθαι ἄτερπές. ὅταν δὲ τεταγμένως ποιῶσιν ἡγούμενοντε, ἅμα οἱ αὐτοί ὄντες καὶ ἀξιοθέατοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ ἀξιάκουστοι. ἡ γραπτὴ γε ἀτακτος μὲν οὐδὲν, παραχωδέστερον, καὶ τοῖς μὲν πολεμίοις δυσχειρότερον, τοῖς δὲ φίλοις ἀκλεέστερον ὁρᾶν καὶ ἀχρηστότερον. Et paulo post. Ἡ δ' ἀταξία ὁμοίως τί μοι δοκεῖ εἶναι, οἷόν περ εἰ γεωργὸς ὁμοῦ ἐμβαλλοιτο κριθὰς καὶ πυρὸς καὶ σήσαμα: κἄπειτα ὁπότε θέλοι, ἢ μαζᾶν, ἢ ἄρτον, ἢ ὄψον, ἁλίσκεσθαι θέλοι αὐτῷ, οὐ τὸ λαβόντα διὰ κεκομμένου χρᾶσθαι. Post hæc cum explicasset mirum & exquisitum ordinem supellectilis, armorū, uariorum instrumentorū, ac mercium, in naui Phœnicia angusta satis ita dispositorum, ut sine impedimento mox omnia ad manum essent, & alia plura de ordinis circa supellectilem laudibus dixisset, hæc uerba subdit: Τὰ δὲ ἄλλα πάντα πολλοῦ ἄξια φαίνεται ἕνεκα τοῦ κόσμου κεῖσθαι. χορὸς γὰρ σκηνῆς ἅπαντα ἕκαστα φαίνεται, ἡ δὲ μίξις δὲ τούτων καλὸν φαίνεται, ἐκπροσωπεῖ ἕκαστα κεκμηκότα. ὥσπερ κύκλιος χορός, ὃ μόνον οὐχὶ καλὸν θεᾶμα ὄντι, ἀλλὰ καὶ τὸ μίσον αὐτῶν καλὸν καὶ καθαρὸν φαίνεται. Hæc ille.

Hactenus quàm late pateat ordinis laus & dignitas, imò in rebus necessitas, trium præstantissimorum Græciæ philosophorum, qui in unam ferè ætatem conuenere, testimoniis declarauimus, non quòd tam multis ea de re uerbis opus esset, sed quoniam Partitionibus nostris nonnullū ex ordinis encomio decus & ornamentum accessurum sperabam: cum ipsæ uniuersę nihil aliud quàm omnigenos rerum atq; scientiarū tum naturales tum artificiosos contineant ordines. Tempus nunc est, ut, ne sim prolixior, etiam absq; epilogo finem orationi imponam, & ad Operis ingressum Lectorem admittam. D I X I. Tiguri anno Salutis 1548. decimo calendas Septemb.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [14] - -
PUBLIC DOMAIN

CLARISSIMO TYPOGRAPHO CHRI-
STOPHORO FROSCHOVERO CONRADVS GESNERVS S. D. P.

NON primus ego unius uoluminis diuersos libros pluribus singillatim nuncupo: fecerunt idem etiam alij memoria nostra, ijsq; solidæ eruditionis uiri. Mihi quidem consilium non est, quodcũq; illis fuerit, de eadem fidelia (uti aiunt) plures parietes dealbare: qui dedicationibus istis neq; tam gloriam illorum ad quos fiunt, neq; meum aliquod commodum, quàm propositi argumenti illustrationem, reiq; literariæ utilitatem quæsiuerim. Etenim in studiosorum gratiam ut Opus hoc uniuersum composui, ita singulorum eius librorum inscriptiones feci in typographorum illorum nomina, qui hoc tempore maximè florerent, ac optime de bonis studijs meriti essent, ut simul hac occasione quinam ex officinis eorum libri prodiuissent, quotquot meminisse potèram, commemorarem: simul ut gnauiter pergerent pro uirili mea illos animarem. Excitatur enim ferè ad maiora, qui anteactos labores suos quamplurimis & utiles & gratos fuisse, seq; publicis illorum gratia laudibus, tanquã suæ præmio uirtutis, affici celebrariq; animaduerterit. Principem uero tibi locũ Froschouere inter claros ætatis huius typographos assignaui, non de industria quidem, neq; primario instituto, sed casu, ut modo dicam. Destinaueram tibi postremum huius Operis de Christiana theologia librum, tum quòd illius argumenti plurimos Latine et Germanice libros excudisses, tũ quòd modestius ita mihi facturus uiderer, neq; nimium patriæ & ciui, minus exteris à me tribui suspicionem excitaturus. Sed cum ita contingeret, ut duo postremi libri in præsentia non adiungerentur reliquis, & primus adspotos superesset (ab initio enim editionis nondum hoc consilij ceperam) nemini iustius quàm tibi illum deberi existimaui. Nam tu quoq; primus ad utranq; Bibliothecę partem mature elaborandã ergodioctes mihi fuisti, magnisq; sumptibus & laboribus tuis has & alias plærasq; lucubrationes meas publicasti. Tu iam uigesimo sexto ferè anno optimos subinde codices excudere non cessas, Latina & Germanica lingua plurimos, nonnullos etiam Græca: eosq; omnes *optima fide, diligentia summa*, adeò ut nihil usquam deboni typographi officio desyderari in te possit. *Bene itaq; cecidit* ut quod casu quodam factum est, idem optimo iure & ex officio meo factum uideatur. Quanquam nemo ita iudicare debet, ac si librorum ordo, quos alijs prius, alijs posterius dedicaui, discrimen aliquod inter typographos constituat. *Non enim ordinem, sed argumentum* ut plurimum respexi, in quo quis uel numero uel dignitate excusorum à se librorum excelleret: & alicubi forte ut primum quis in mentem uenit, ita liber aliquis ei dicatus est. Nulla hic ut in ambitiosis conuentibus πρωτοκλισία, nulla comparatio, in suo omnes genere excellunt. Alij unius, alij duarum aut plurium disciplinarum aut linguarũ libros exhibuerunt: & qui numero uincuntur, in paucis diligentia compensauerunt, aut unum forte multorum instar dederunt. Porrò plures superesse dignissimos celebrari typographos non sum nescius, nec ullum equidẽ illorum quos laude dignos noui præterijssem, si totidem mihi numero nuncupãdi libri superfuissent. Sed uino, quod aiunt, uendibili non opus est suspensa hedera. Tu primum hunc librum optime Froschouere, hilaris accipies, & ut bonas literas omnes, ita Grammaticam & Philologiam, quod argumentum eius postulat, strenue promouere perges: fic animum tibi alacrem & successum felicẽ amantissimus humani generis Christus rebus tuis semper cunctis propitius gratificetur. Vale. Tiguri. Anno Salutis 1548. duodecimo Calend. Septembris.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [15] - -
PUBLIC DOMAIN

CATALOGVS LIBRORVM QVOS CHRISTOPHORVS FROSCHOVERVS TIGVRI PVBLICAVIT,

Vbi duo reperiuntur numeri, prior indicat annum Domini, quo singuli excusi sunt post millesimũ quingentesimũ: posterior formam siue magnitudinem chartæ: quemadmodum etiam qui unicus fuerit.

¶ Grammatica & Rhetorica.

THEODORI Bibliandri Institutionum Grammaticarum de lingua Ebræa liber 1. 35. 8.

Eiusdem de ratione communi omnium linguarum & literarum Commentarius, cum compendiaria explicatione doctrinæ rectæ beatéq; uiuendi, & religionis omnium gentium. 48. 4.

Compendiũ Grammaticæ Græcæ Iacobi Ceporini, cum Georgicis Hesiodi breui scholio explicatis, & epigrammatibus aliquot Græcis. 39. 8.

Idem rursus sine Hesiodo & Epigrammatibus, cum accessionibus Ioan. Frisij. 48. 8.

Christianæ iuuentutis crepundia. 8.

Donatus de 8. partibus orationis, per Hen. Glareanum restitutus.

Idem cum scholijs H. Glareani, & octo tractatibus per eundem auctus. 8.

Ioan. Susenbroti Methodus 8. partiũ orationis, una cum formulis declinandi nomina, ac cõiugandi uerba: & canonibus diuersis. 8.

Eiusdem Grammaticæ artis institutio ex Grammaticorũ coryphæis. 8.

Des. Erasmi libellus de constructione, cum scholijs Hen. Primæi. 8.

Rod. Gualtheri de syllabarum & carminum ratione libri 2. 8.

Colloquia familiaria selecta ex D. Erasmi Colloquijs. 8.

P. Mosellani Pædologia, & dialogi Christoph. Hegendorphini. 40. 8.

Nomẽclatura rerũ: Formulæ Colloquiorũ puerilium per Sebaldũ Heydẽ, &c. Omnia multò iam locupletiora. 8.

Dictionarium Latinogermanicum. Opus iam recens in lucem editum, & hactenus à nemine usquam sic excusum. Habet enim non tantum dictiones Latinas, supra omnes omnium additiones locupletissime auctas: sed & dicendi formulas, ex optimis selectas authoribus, ac suo ordine collocatas, Germanice denicq; quàm fieri potuit proprijssime exactissimécq; redditas, per Petrum Cholinum, & Ioannem Frisium Heluetios. 1541 F. & 4.

Dictionariolum Roberti Stephani Latinogallicum, cui Ioan. Frisius Germanicam interpretationem recens adiecit. 48. 4.

Tabula in Des. Erasmum de duplici copia. 47.

De conscribendis epistolis, Lud. Viues, Des. Erasmus, Conradus Celtes, & Christophorus Hegendorphinus.

Ioan. Despauterij de figuris carmen in tabula chartæ unius. 41.

Epitome troporum ac schematum Ioannis Susenbroti. 41. 8.

Tabulæ de schematibus & tropis Pet. Mosellani: Item in Rhetoricam Philippi Melanchthonis, & in Erasmi Roterodami copiam. 8.

Bibliothecæ Con. Gesneri Tomi ij.

¶ Cosmographica.

D. Ioachimi Vadiani Epitome trium terræ partium, aucta & recognita, adiectis etiam tabulis. 48. 8.

Typus Cosmographicus uniuersalis, in tabula chartæ unius.

Ioan. Honteri rudimenta cosmographica carmine, cum tabulis elegantissimis. 48. 8.

Tabulæ Geographicæ permultæ, Heluetiæ præsertim, cum Chronicis Heluetiæ per Io. Stump lingua uernacula æditis: quæ seorsim quoq; uæneunt.

¶ Poetica.

Vergilij Bucolica. 35. 8.

Vergilij opera in 4.

Terentius cum scholijs per Diethelmũ Cellarium collectis. 8.

Martialis castratus, & in Epigrammatum ordines quosdam digestus per Conrad. Gesnerum, cum dialogis eiusdem. 44. 8. chartis 28.

Monomachia Dauidis et Goliæ, poema Rod. Gualtheri, cum Epicedijs eiusdem. 8.

Ouidianæ Metamorphoseos Epitome per Fr. Nigrum. 42. 8.

T. Calphurnij, & Aurelij Nemesiani Aeglogæ. 37. 8.

Ioannis Pollij Vuesphali poemata aliquot pia & erudita. 8.

Susanna comœdia per Xystum Betuleium. 38. 8.

Psalterium carmine elegiaco per Helium Eobanum.

Rod. Gualtheri argumenta Elegiaca in utrunq; Testamentum. 8.

Moralis interpretatio errorum Vlyssis, authoris incerti. Commentatio Porphyrij de Nympharum antro in 13. libro Odysseæ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [16] - -
PUBLIC DOMAIN

Apologiæ quædam pro Homero & arte poëtica, fabularumq; aliquot enarrationes ex Cõmentarijs Procli in Platonẽ de repub. Omnia per Con. Gesnerum è Græco in Latinum sermonem translata. 42. 8.

¶ Moralia.

Cato cum scholijs Des. Erasmi. Apophthegmata sapientum. Mimi Publiani. Institutum hominis Christiani. Isocratis paræneſis. 37. 8.

Aesopi Phrygis & aliorum fabulæ, cum Hecatomythio Abstemij, & selectis Poggij facetijs. 8.

Io. Stobæi Collectanea sententiarum siue Locorum communium ex innumeris & uetustißimis Græcis authoribus (cum alijs quibusdam opusculis) Græce & Latine Con. Gesnero interprete. 43. in Folio. Eadem nunc iterum sub prælo sunt multò castigatiora locupletioráq;.

Sententiarum siue Capitum, Theologicorum præcipue, ex sacris & profanis libris, Tomi 3. per Antonium & Maximum monachos. Abbæ Maximi, de perfecta charitate & alijs uirtutibus Christianis capitum Centuriæ 4. Theophili sexti Antiochensis episcopi, de Deo & fide Christianorum contra gentes Institutionum libri 3. Tatiani Assyrij oratio contra Græcos. Omnia Græce. 40. in Folio.

Eadem omnia Latine, Con. Gesnero, Io. Ribitto, & Con. Clusero interpretibus: cum Annotationibus in Tatianum. 46. in Folio.

¶ Medica.

Compendium librorũ Actuarij de urinis: Galeni de compositione pharmacorum secundum locos libri, particularibus medicamentis remotis: Sylua Experimentorum. Omnia per Con. Gesnerum. 41. 8.

Q. Sereni Sammonici de morborum curationibus liber, cum Gab. Humelbergij Commentarijs. 40. 4.

Sextus philosophus de medicina animaliũ, cum scholijs Gab. Humelbergij. 39. 4.

Ant. Musæ de herba Vetonica lib. 1. L. Apuleij de medicaminibus herbarũ lib. 1. per Gab. Humelb. recogniti & commentarijs illustrati. 37. 4.

Catalogus plantarum ordine alphabeti conscriptus, Latina, Græca, Germanica & Gallica linguis è regione positis, &c. per Con. Gesnerum. 42. 4.

Apicij Cælij de opsonijs & condimentis, siue arte Coquinaria libri 10. cum annotationibus Gab. Humelbergij. 42. 4.

Con. Gesneri libellus de lacte & operibus lactarijs.

¶ Theologica.

Testamentum utrunq; ex noua ad Hebraicam ueritatem translatione in Fol. & in 4. & in 8.

Idem ex alia translatione Seb. Munsteri.

Idem Germanice in Fol. & 4.

Testamentum nouum Latine Des. Erasmo interprete, in 8. & 16.

Idem Latine & Germanice è regione, in 4.

Idem Græce, in 8.

Paraphrasis Des. Erasmi Germanice reddita, & aucta Paraphrasi in Apocalypsin, in Fol.

Index Bibliorum per Con. Pellicanum.

Theodoretus de prouidentia, Græce.

Idem Latine Rod. Gualthero interprete.

Vigilij martyris de duabus Christi naturis, & personæ unitate libri 5. Vide etiam nonnulla in moralibus.

Et alia plurima, ut uaria opera Zuinglij, Bullingeri, Vadiani, Pellicani, primo Tomo enumerata, quæ hic propter chartæ angustiam omittimus, sicut & Germanicos libros.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [17] - -
PUBLIC DOMAIN

PANDECTARVM SIVE

PARTITIONVM VNIVERSALIVM, QVAE SE-cunda pars Bibliothecæ est Conradi Gesneri, Liber primus de Grammatica.

TITVLI LIBRI I.

TITVLVS I. De philosophia, sapientia, doctrina, & pertinentibus ad eas, in genere. Sunt autem eius partes 14.

1 De philosophia quædam in genere.
2 De sapientia & sapiente.
3 Laudes philosophiæ, & quibus studijs recte coniungatur.
4 De honore doctrinæ.
5 De fructu doctrinæ.
6 De uiris doctis in genere.
7 De sectis philosophorum et artiũ inuentione.
8 Philosophiæ diuisio.
9 Contra philosophos.
10 De ratione studiorum.
11 De linguis.
12 De scholis & disciplina.
13 Libri in oẽs artes liberales, et totã philosoph.
14 Scribendi & bibliothecæ instrumenta.

Titulus II. De Grammatica in genere, de literis (Græcis & Latinis) syllabis, scriptura, &c.

III. Rudimenta Grammaticæ.
IIII. Grãmaticæ perfectiores, & Grãmaticæ simpliciter.
V. De orthographia.
VI. De syntaxi.
VII. De prosodia.
VIII. De etymologia: differentia uocabulorum & synonymia.
IX. Dictionaria Latina.
X. Vocabula quædã insigniora, ordine literarũ.
XI. Prouerbia.
XII. Nomenclaturæ rerum uariarum, per ordines quosdam.

Pars 1. De nomenclaturis rerum in genere, & de quibusdam particulatim, ut domo & supellectile.
2 De cibis, ponderibus, & mensuris.
3 De coloribus, & re uestiaria, &c.
4 De coronis.
5 De nominibus, & cognominibus hominum proprijs.
6 De ludis.

XIII. De uarijs, cuius partes sunt 8.

Pars 1. De authoribus, qui uaria scripserunt uno in opere, apud Græcos & Latinos. Et qui in uarios authõres eodem in opere aliquid obseruauerint.
2 De indicibus librorum arte parandis, quam quis ad alios etiam libros quouis ordine instituendos, & studiorũ suorum rationẽ adhibere poterit. De indicibus copiosis, quæ in authores aliquot à studiosis hominib. cõfecti sunt. Ratio parandorũ indicũ in publicas uel priuatas, magnas bibliothecas.
3 Problemata, quæstiones, & disputationes.
4 De locis communibus.
5 De ratione colligendi locos communes, eorũq; exempla siue materia, circiter 950.
6 De collectaneis locorum cõmunium, tum adeo spotis, tum secundum nomina authorum alphabeti ordine digestis.
7 De bibliothecis, id est, catalogis scriptorum, & locis multorũ librorum custodia insignibus, & structoribus eorum.
8 De mirabilibus.

XIIII. De puritate & elegantia linguæ Latinæ.
XV. De imitatione & stylo.
XVI. Contraria scripta Grammaticorum.
XVII. Dialogi Latini.
XVIII. De epistolis. Huius tituli pars prima est de scribendis epistolis, seu cõponendis. Secunda habet exempla secundũ uaria genera epistolarũ. Tertia authores epistolarũ Græcos & Latinos ordine alphabeti enumerat.
XIX. De linguis diuersis.
XX. Grammatica Græca. Partes sunt 8.

1 De laudibus Græcæ linguæ.
2 De literis.
3 Authores artis grãmaticæ ordine literarum.
4 De orthographia.
5 De lexicis.
6 De dictionib. aliquot Græcis; & transferendi exemplo.
7 Vocabula aliquot Græca, ordine alphabeti.
8 Dialogi. Epistolæ enim inter Latinas numeratæ sunt.

XXI. Grãmatica Hebraica. Huius pars altera libros plurimos in diuersis argumentis, qui in hac lingua aut similib. extãt, enumerat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [18] - 1r
PUBLIC DOMAIN

PANDECTARVM LIBRI PRIMI DE GRAMMATICA TITVLVS PRIMVS, DE PHIlosophia, sapientia, bonis literis, studijs, scientijs, artibus & linguis in genere.

QVANDOQVIDEM artes ac scientię omnes, & humanitatis studia, & linguarum cognitio, ceu soboles ad Philosophiam fœcundissimam parentē referuntur, ac ueluti rami cum frondibus amplissimæ arboris ab una stirpe nascuntur, ita ut nulla ars aut institutio sit, quæ modo dignitate & laude ulla uel utilitate splendeat, quin ad Philosophiam aut instruendā, aut perficiendam, aut ornandam pertineat: de hac, & ijs quæ ad ipsam communius attinere uidebantur, primus huius Operis Titulus erit. Quod præmonere uoluimus, ut admiratio, cur non statim à Grammatica cœptum sit, aboleretur. Quanquam enim ab initio Libri de prima philosophia Titulus hic idoneum locum habuisset, tamen ut splendidior primus Operis ingressus foret, huc collocare maluimus, præsertim cum etiā minoris momenti quædam, quàm ut primæ philosophiæ adiungi possent, non incommode hic apposita uideantur.

TITVLI PRIMI PARS PRIMA, *de Philosophia quædam in genere continet.*

De origine & incremētis philosophiæ, oratio M. Ant. Sabellici. Item Laërtius lib. 1.

De origine philosophiæ, & philosophorum sectis, Io. Ant. Flaminius.

De origine ac duobus eius principijs, Polyd. 1. 16.

An sit philosophandum, Cel. Rhodig. 17. 17.

De philosophia, Io. Damascenus Græce. L. Apuleius, Octauianus, Geor. Maior ex Simil. Coruinus ex Apophtheg. Brusolus 3. 20. Manip. florum. Lumen animæ 186. c. p. 2. Sermo Roberti Britanni. Io. Tortellius in opere de Orthographia in p.

Philosophiæ studium, Sophilogium 1, 1. 12. & 13.

De philosophia & disciplina S. pater Max. loco 17. & Antonius parte 1. Melissæ, loco 50.

De philos. uel Amatores, Plato.

De philos. seu sapientia doctorum, Io. Valeñ. in Breuiloquio.

De philos. & mathematica lib. 1. Geor. Vallæ.

De studio diuinæ & humanæ philos. Io. Franc. Picus.

De ueteri philos. & Homero, Max. Tyrius.

De philos. uera. (.i. Theologia) lib. 4. Hadriani Cardinalis.

De philosophica doctrina, ac disciplina, & his connexis, Hieron. Paduanus lib. tertio tertiæ partis. Et primò statim de philos. & scientia literarū.

De differentijs Platonis, Aristotelis & Mosis, Acticus.

Pictura mentis ignorantis, & doctæ, Marsi. 6. 61.

Inscitia, ignauia, Geor. Maior ex Simil.

Eruditionis thesaurus, Brusolus 3. 31.

Scientiarum cognitio, ibid.

Doctrina, Lumen animæ 74. c. p. 2. Octauianus.

Doctor, ibidem.

De doctrina & sermone, S. pater Maximus.

Discere, Lumen animæ, p. 2. c. 69.

Disciplina, Lumen animæ, p. 2. c. 70. Brusolus 2. 23. Manip. florū. Hier. Paduanus 3. 3. 7.

Studium, Lum. animæ, p. 2. ca. 235.

Ad studia literarū problemata, Aristot. sectione 10.

De studio bonarum literarum, Ioach. Camerarij oratio.

De philosophia, quod non sit res beneficiaria, Seneca lib. 14. epist. 91.

Philosophicum sermonem omni subiecto conuenire, Max. Tyrius 37.

Quinam

Quinam uerè philoſophiam exerceãt, Tzetzes 10.343.
Vtrum diſciplinæ ſint reminiſcentiæ, Max. Tyrius 28.
De ſcientia, Plato in Theæteto, Octauian.
Quid eſt ſcientia, Max. Tyrius 40.
Scientia uera quæ ſit, Marſil. 1.68.
De ſcientiæ dono, Guilielmus Pariſ.
De ſtudio diſciplinæ, & continuatione eius, Hieron. Paduan. 3.3.9.
Doctrina artium omnigenarum, Artemidorus lib. 1. de somnijs.
Artes, Octauian.
Artes, literæ: Artiũ & philoſophiæ uis & uſus, Georg. Maior ex poëtis.
De ingenuis artibus, Cælius Secund. Curio.
De artibus liberalibus oratio Philp. Melanchthonis.
De diſciplinis liberalib. Aurel. Auguſtin. Hadrianus Cardinalis lib. 3.
Humanitas quid proprie, Gell. 13.15.
De ſtudijs humanitatis, Gabriel Teglatius.
De circulari eruditiõe, Tzetzes 11.377.
Artes coniunctæ, Pet. Lagnerius.
De nomine philoſophi & profeſſione, Ang. Politianus in Lamia.
Philoſophum uerum eſſe Dei amatorẽ, Cælius Rhod. 7.30. Vide indices in philoſophorũ libros, præſertim Platonis, Ariſtotelis, Plotini, &c.

¶ De ſapientia, & ſapiente, pars 2.

De ſapientia fortaſſis in moralibus etiã nonnulla reperias, in Titulo de prudentia, quanquam primus philoſophus ſapientis nomen maxime mereatur.
De ſapiẽtia, Plato in Theage, Ambroſ. Taruiſ. Lumen animæ tit. 63. Anthologium lib. 1. ſectione 76.
De ſapientia uel ſcientia, Lumen ani. p. 2. ca. 216.
Sapientiæ commendatio, Pet. Lagnerius.
De ſapientia idiotæ, Nicolaus de Cuſa.
De ſapientia diuina, naturali, humana, dæmoniaca: de his qui lapſi ſunt commode reſtituendis, Hieron. Cardani libri 5.
De cõmuni omnium ſapientia, Franc. Petrarcha.
Philoſophia ſapientiam gignit, ſapientia parit felicitatẽ, Marſil. Fic. 4.49.
Sapientiæ & philoſophiæ differentia, Seneca lib. 14. epiſtola 90.
De ſapientia uera, Franciſci Petrarchæ dialogi duo.
De uero ſapientiæ cultu, Matthæus Boſſius.
De ſtudio ſapientiæ, Richard. de S. Victore, Petrus Bleſen. Sophilogium lib. 1. tract. 1. capitibus primis octo. Petrus Pomeranus.
Lumen eſt admirabile, quoniã eſt imago ſapiẽtiæ. Et quàm admirabilis ſit copula ſapientiæ cum potentia, Marſil. 12.15.
Potẽtiam ui quadam inſita ſapientiam cooptare, Cæl. 22.19.
Potentia ſine ſapientia nõ regnat, Marſilius 7.16.
Auri ac ſapientiæ ad utranq; felicitatẽ uſum indicat Miſopemenos dialogus Pandulphi Collenucij.
Allegoria quomodo Mercurius cœleſtium minimus, ſignificat ſapientiã uirtutum maximam, Marſil. 10.37.
Sapientia à ſolo Deo, Marſil. 7.1.
Aurum eſſe ſapientiam, argentum uero naturaliũ notitiam, Cælius 7.24.
Prophanis ſapientia non conceditur, Marſ. 5.10.
De uenatione ſapiẽtiæ, Nicol. de Cuſa.
Vbi ſapiẽtia maior, ibi ſermo breuior, Marſil. 7.2.
Solũ Mineruæ templũ contra fortunæ procellas hoïes protegit, Marſil. 5.13.
De ſapiente, Carolus Bouillus.
De ſapiente & felice uiro, Marſil. 1.19.
Sapientis laus, Petrus Lagnerius.
Sapientes filij Mineruæ ſunt, hæc philoſophiam parit, philoſophia philoſophos, Marſil. 12.24.
Sapiens in diuinis quomodo, Proclus in Alcibiad. 386. 6. Baſilieñ. æditionis in 8.
Quod ſapiens malit ſibi placere, quàm populo, Seneca lib. 4. epiſt. 29.
Quomodo ſapiens ſemper debet habere animum paratum ad mortem, Seneca lib. 8. epiſt. 62.

Quod ſolus ſapiens nulla re ſolicitus ſcit ſibi uiuere, Seneca lib. 7. epiſtola 56.
Nullus incontinens poteſt ſapiens eſſe, Marſil. 5.7.
Quem in modum mihi Taurus philoſophus reſpõderit percontanti an ſapiens iraſceretur, Gell. 1.26.
Charitas & pietas potiſſimũ eſt ſapientis officium, Marſil. 11. 5.
Socrates ſapiens, Aelianus in uaria hiſtoria Græ. 27.
Pythagoras primus philoſophi nomen per modeſtiam aſſumpſit, cum prius ſophi. i. ſapientes uocitarentur.
De contemplatione, & uita contemplatiua, uide in Ethicis ubi de felicitate agitur: fortaſſis etiam in Metaphyſicis aliquid reperias.

¶ *Quæ peculiariter ad Philoſophiæ laudes pertinent, & alia huiuſmodi,*

pars 3.

De Philoſophiæ laudib. Cælius Rhod. 7. 30. & 17. 17. Sadoletus. Oratio Marſilij Fic. 4. 13. Auguſtini Dathi orationes 7. Schegkius in prefatione ſuper commentarijs ſuis in 8. libros Phyſicorum Ariſtotelis.
Ariſtotelis & philoſophiæ laus exquiſita, Cæl. 29. 8.
Philoſophiæ laus oratoria, moralis, dialectica, theologica, Marſil. 1. 121.
Literarum laus & utilitas, Pet. Lagnerius.
De laude uitæ ſcholaſticæ, Philip. Melanchthon.
Initia ſectarum, & laudes philoſophiæ, per Io. Lud. Viuem.
Laus et defenſio philoſophię, Iac. Schekkius in epiſtola præliminari ſuper Commentarijs ſuis in phyſicorum libros 8.
Commendandus ante omnes, qui ſapientiam toto orbe requirit, Marſil. 8. 45.
Quid præſtet philoſophia, Cælius Rhodiginus 13. 13.
De uera philoſophi magnitudine, quã ſophiſmata, id eſt, cauillationes præſtare non poſſunt, Seneca lib. 19. epiſtola 112.
Quomodo ad bonam uitam ueniens in philoſophiæ robore ſolidatur, Seneca lib. 2. epiſt. 16.
Encomion artium liberalium, Cæl. Calcagnini, Chriſtoph. Hegendorphini, Antonij Codri.
Pre artibus & literis, Stobæus.
Pro ſtudijs humanarum artium, Bartolem. Frexius.
Omnium artium ac ſcientiarum commendatio per Io. Lamolam.
De commendatione ſtudiorum, Laur. Calcaneus.
Quod felix & nobilis ſit philoſophus, Marſil. 12. 3.
Quomodo ad ueram libertatem philoſophia perducat, Seneca lib. 5. epiſtola 37.
Exhortatio ad modeſtiam & ſtudia literarum, Marſil. 1. 59.
Exhortatio ad ſcientiam, Marſil. 1. 21. & 1. 13.
Ad philoſophiam grauiter ſectandam hortatio, Gellius 6. 10.
Ad philoſophiã exhortatio, oratio Themiſtij.
Somnium Luciani.
Ad artes diſcendas, ſiue ad artium liberaliũ ſtudia hortatio Cl. Galeni Græce, & Latine D. Eraſmo interprete.
Ad literas exhortatio, Aen. Syluius epiſtola 4.
Ad ſapientiã uerã hortatio, Adelfonſi.
Exhortatorius, Clitipho Platonis.
Protrepticon Auſonij ad nepotẽ de ſtudio puerili.
De exercendo in philoſophia ingenio, Seneca lib. 11. epiſtola 81.
Qui ſit finis philoſophiæ, Max. Tyrius 19. & 34.
Philoſophi finem eſſe, intelligibiliũ contemplationem, Cælius 7. 30.
Adoleſcentis reſponſum ad patrem interrogantem quid *didiciſſet*, Aelian. in uaria hiſtoria Græca, fol. 43.
Quomodo per retractatam ſæpius philoſophiam notitia boni & mali, neceſſarij & ſuperuacui poſſit haberi, Seneca lib. 19. epiſtola 111.
Pauci negotia publica coniungũt cum ſtudio literarum, Marſil. 8. 68.
De moribus ſapientiæ profeſſorum, Plato in Protagora.

Nihil

Nihil uel mirabilius uel amabilius est, quàm doctrina probitati coniuncta, Marsil. 4.12.

Quod doctrinã cum prudentia & iustitia cõiungere opus sit, Volater. 28.

Sermones optimos, qui operibus consonent, Max. Tyrius 15.

Philosophia & religio germanæ sunt, Marsil. 7.27.

Conciliatio philosophiæ & theologiæ, per Andream Camucium.

Dialogus philosophi & theologi, Dionysij Rickel.

Gratiæ & Musæ à Deo sunt, atque ad Deum referendæ, Marsil. 3.17.

Copula philosophiæ cum legibus, Marsil. 12.3.

Agriculturæ literarũq; studia coniunguntur feliciter, Marsil. 7.7.

Scientiam ueram esse discere mori, Aeneas Sylu. epist. 77.

Quomodo philosophia sit mortis meditatio, Cælius 16. 18. Ammonius in Commentarijs super quinq; Voces.

De morte philosophica, non naturali, per quã anima in corpore adhuc manens, corporeas illecebras cõtemnit, uoluptatesq; & affectiones omnes exuit: & quod omnibus appetenda sit, Macrob. in Somnium Scip. 1. 13.

Vtrum opera philosophica regantur fato, an prouidentia, Marsil. 8.16.

De salute philosophorum ante Christi aduentum, Marsil. 5.48.

De arte, scientia, & sensibus (Videtur uox corrupta) animæ, libellus Græcus incerti authoris extat in Bibliothecis Italiæ.

Ars, Georg. Maior ex Simil.

Artium loci aliquot enumerãtur infra Titulo 13. de uarijs.

Deus nominatur ars, Marsil. 2.83.

Ars an singularium, Hieron. Cardanus 2. 1.

Animæ progressus nouem ad scientiæ plenitudinem, Cæl. 2.29.

Cõsentiunt circa illud quodcũq; sciunt aliqui, Proclus in Alcib. 432. 45. & 456. 48.

Ob notiones rerum nobis innatas, putamus nos omnia nosse. Ibid 430.34.

Cognitionis esse innatam nobis cupiditatem, Aristot. lib. 1. Metaphys. Cæl. Rhod. 16.19.

Omnes discẽdi studio teneri, Pet. Lagnerius.

¶ *De honore doctrinæ, pars 4.*

Quod docti semper in pretio fuere, Volater. 28.

De honore doctrinarum studijs exhibito, Sabellic. lib. 7. c. 5. Exempl.

Honor literis habitus, Coruinus in Apophtheg.

Artes liberales manuarijs præferendas esse, Lucian. in Somnio suo.

Militi cur honoris deferatur plus quàm literato, Cælius 23.22.

De præcellẽtia doctoris & militis, Christoph. Lafranchinus.

Vtrum literis præstet ars militaris, Polydorus 2.10.

Nemo ardentius amandus, quàm qui Musas ardenter amat, Marsil. 6. 60.

Commendatio literatorum non uulgaris, Marsil. 6. 62.

¶ *De fructu doctrinæ, pars 5.*

De usu philosophiæ, oratio M. Ant. Sabellici.

Philosophiæ laus & utilitas, Pet. Lagnerius.

Studiorum fructus, seu literarum utilitas, Brusol. 3.31.

De fructu, qui ex doctrina seu literis percipitur, Richardus Paceus.

Isocrates disciplinarum radices, amaras quidẽ illas esse, fructus uero suaues dicere solebat, Theon Chria 3.

De cultu & fructu philosophiæ oratio, M. Ant. Sabellici.

De utilitate literarũ, Aen. Syluius epistola 191.

Otiosæ uitæ utilitas, Marsil. 1. 124.

Quàm utile sit alere doctos, Marsil. 1. 16.

Quod plurimis liberalium artium studijs inhærendũ sit ei, qui se cum gloria cæteris imperaturũ profiteatur, Valturius 1. 2.

Philosophiæ cognitio duci utilis, Valturius in Procœmio lib. 2.

Quod nulli debent esse gratiores principibus, quàm philosophiæ studẽtes, Seneca lib. 10. epist. 74.

De consolatione philosophiæ libri 5. A-

nitij Man. Seue. Boëtij. Hos libros castigauit Io. Cæsarius, Commentarijs illustrauere Murmellius & Dionysius Rickel.
Vtrum circulares disciplinæ conferant ad uirtutem, Max. Tyrius 21.
De liberalibus artibus, ubi docet de singulis, quod animum ad uirtutẽ non perducunt, sed tantum præparant, Seneca lib. 13. epist. 89.
Philosophia non aliena à republica, Aelian. fol. 18. Variæ historiæ Græcæ.
Philosophi qui bene remp. administrarint, Ibid.
Philosophi duces, & reip. administratores, Aelian. fol. 34. Variæ historiæ Græcæ.

¶ *De uiris doctis in genere, pars 6.*

De uiris doctis Pet. Lagnerius.
De Romanorum studio in bonis disciplinis, Crinitus 14. 10.
De literis, hisq; qui maxime earum studijs incubuere, plurima memoratu digna, Valtur. 1. 3.
In philosophos, Anthologium lib. 1. 86.
Philosophorum imagines, Anthologiũ lib. 4. 32.
Philosophorum epitaphia, Anthologiũ lib. 3. 32.
Ex quibus oppidis, quibusq; regionib. aut terrarum oris, ingenio clari & præcipua doctrina uiri plures euasere, Alexander ab Alex. 6. 5.
Mulieres in doctrinis celebres, Cæl. 14. 1.
Paupertas philosophorũ quorundam, Ael. Variæ historiæ Græcæ fol. 21.
De augenda doctrina priorũ, & eorum ueneratione, Seneca lib. 8. epist. 65.
Philippus doctrinam coluit, Aelianus Græcus, fol. 27.
Artificiosa cõmendatio docti uiri, Marsil. 9. 19.

¶ *De sectis philosophorum, & artium inuentione, pars 7.*

De sectis philosophorum, Diogenes Laërtius li. 1. Celsus, Sophilogiũ 1. 1. 15.
De sectis, uel Hermotimus, Lucianus.
De origine philosophiæ, ac philosopho rum sectis, Io. Ant. Flamínius.
Initia sectarum, & laudes philosophiæ, per Io. Ludouicum Viuem.
Philosophorũ genera duo, Cælius 10. 8.
De philosophorum quatuor disciplinis celebrioribus, Aug. Dathus.
De philosophorũ opinionibus, Symeon Bestius.
De philosophorum ueterum uarijs opinionibus, ad unam ferè tamẽ sententiam concurrentibus, Ang. Decembrius 1. 7.
De Musarũ inuentis, P. Vergil. Maro.
Ex artibus inuentis prouidẽtiæ demonstratio, Theodoretus de prouidentia lib. 4.
Paupertas inuenit artes, Theocritus Idyllio 25.
Res & artes omnes ad hoc culmen per gradus paulatim peruenisse, Lucretius circa finem libri 5.
De rerum artiumq; inuentoribus, M. Ant. Sabellicus.
De inuentione artiũ Belinus, cõuersus è Græco ab authore Luminis animę.
Artes mechanicas à philosophia minime inuentas, Seneca lib. 14. epist. 91.

¶ *Philosophiæ diuisio, pars 8.*

De philosophiæ diuisione, siue partitione in mẽbra, Angelus Politianus in Panepistemone. Georgius Pachymerius & Psellus, quorum libellos Iacobus Foscarenus è Græcis Latinos fecit, & de sex philosophiæ modis seu definitionibus libellus cum eisdem excusus. Ammonius in v. uoces, Græci interpretes Aristotelis ferè in procœmijs suorum commentariorum, Iac. Schekkius initio cõmentariorum in 8. libros Physicorum, & in procœmio Compendij eorundem: Cælius 25. 12.
Tabula de philosophię partibus, Gaspa ris Bruschij.
Vtrum pars philosophiæ superfluat disputatio, Seneca lib. 14. epist. 95.
De tribus philosophiæ partibus, quarũ nullam Cicero intactam præterierit, Macrob. in Som. 2. 17.
De utilitate diuisionis philosophię, &c. Et de partib. eius, Seneca lib. 14. Epistola 90.
De scientiarum diuisione, Daniel Barbarus in v. uoces.

Contra

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [23] - 3v
PUBLIC DOMAIN

¶ *Contra philosophos simpliciter, & contra falsos philosophos, pars 9.*

Marsilij ironia aduersus philosophorũ aduersarios, Marsil. 5.33.
Philosophia à quib. lacessita, Cæl. 29. 8.
Contra omnes scientias sceptica, Sexti Empirici.
In scientiarum incertitudinem inuectiua, Hen. Corn. Agrippæ.
Contra philosophos, Algazelis proposita 14.
Contra philosophos gentiles, Hermeas philosophus.
Contra artes & literas, Stobæus.
Philosophorum scommata, Anthologij lib. 2. sectione 57.
De miseria literarum lib. 2. Pontici Virunij, aliâs Virumij.
Scitum responsum Aristippi, cum rogaretur cur homines doctiores diuitũ domos atque principum frequenter adeant, minime autẽ ad eos diuites, Crinit. 7. 14.
Lacedæmonij literis non uacabant, Aelian. in Varia hist. Græca, fol. 57.
Quod Romani homines initio imperij contempserint meliores disciplinas, Crinit. 5. 4.
Philosophos, qui imperia arripuerint, crudelius illiteratis rem administrasse, Cæl. 22. 21.
Cuiusmodi sint, quæ speciem doctrinarum habeãt, sed neq; delectent, neq; utilia sint, Gell. 14. 6.
Charitas potius, quam scientia, transfert in deum. Marsil. 7. 50.
De philosophia inani iuxta Apostolũ, Philip. Melanchthon.
Philosophiam ethnicorum uituperantes, & ut impiam abijcientes, sententiæ ex uarijs ecclesiæ doctoribus, libellus impressus in quarto in Germania.
De amore contemptuq; mundi, & studio profanæ uel secularis philosophiæ, Eucherius Lugduneñ.
Philosophi sæpe dum discunt curiosius disputare, interim consultare dediscunt, Marsil. 5. 8.
Ex sapientibus fieri melancholicos & insanos, Crinit. 21. 9.
De hoc, Ne sis sapiens apud teipsum, Tzetzes 9. 264.
De hoc, Plena quidẽ terra sapientum, plenumq; mare, Tzetz. 11. 392.
Verba Senatusconsulti, de exigendis urbe Roma philosophis, Gell. 15. 11.
Philosophis impuræ uitæ quid dixerit Epictetus, Gellius 19.
Contra philosophantes nomine & non re, Gellius 13. 22.
Philosophi bibaces, Cælius 18. 31.
In barbaros philosophos, Hermol. Barbarus.
Cur philosophorum Musæum Timon appellârit talarum, Cælius 15. 25.
Qui Musis abutuntur, non mel, sed fel ab earũ fonte reportant, Marsil. 5. 15.
Ab Herode Attico C. V. tẽpestiue deprompta in quendam iactabundum adolescentem, specie tantum philosophiæ sectatorem uerba Epicteti Stoici, quibus festiuiter à uero Stoico seiunxit uulgus loquacium nebulonũ, qui se Stoicos nuncuparũt, Gell. 1. 2.
Quod Musonius philosophus reprehendit, improbauitq; laudari philosophum differentem à uociferantibus, & in laudãdo gestientibus, Gell. 5. 1.
Quibus uerbis notârit Herodes Atticus, falso quempiam cultu, amictuq; nomen, habitumq; philosophiæ mentientem, Gell. 9. 2.
Locus exemptus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, de falsæ philosophię probris, quibus philosophos temere incessuit, qui emolumenta ueræ philosophiæ ignorãt, Gell. 10. 22.

¶ *De ratione studiorum, pars 10.*

De tribus hominum generibus ad philosophiam uenientium, Seneca li. 7. epistola 53.
Qui aptiores ad doctrinã, & quid aut quomodo discendum, Volater. 28.
Morbus quibus fuerit causa discendi, Aelian. in Varia hist. Græca, fol. 26.
Totus ferè hic liber primus de Grãmatica, ad communem studiorum rationem instituendã pertinet: multa uero peculiariter ad hunc scopum trademus Titulo 13. de uarijs.
Plato quomodo cœperit philosophari, idem Ael. fol. 21.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [24] - 4r
PUBLIC DOMAIN

Quæ causa, quodq; initium fuisse dicatur Protagoræ, ad philosophiæ literas adeundi, Gellius 5.3.

Studendum iugiter, Sophilogiũ lib. 1. tract. 1. cap 9.

Non esse in literis desperandum, sed assidue pergendum, Pet. Lagnerius.

Quod exclusis occupationibus continuato studio philosophandum sit, Seneca lib. 10 epist. 73.

De ætate acceptabili disciplinæ, Hieron. Pad. 3.3.8.

Ad doctrinam magistros esse necessarios, Volaterr. 28.

Cõsilia de puero literis instituendo, Friderici Nauseæ.

De ratione studij puerilis, Io. Lud. Viues. Idem liber Italice extat hoc titulo, De institutione liberorum in artibus liberalibus.

De studio puerili, Decius Ausonius.

Lectio, Geor. Maior ex Simil.

Eruditio & lectio, Coruin. in Apopht.

Imitatio utilior est q̃ lectio, Marsil. 1. 3.

Omne genus scriptorum excutiendũ, Cælius 17. 17.

De librorum uarietate, Haymo.

Sermo Luciani contra indoctum librorum copia tumentem.

De multiplicium uoluminum lectione uitãda, Seneca libri nescio quoti epistola 2.

De libris secularibus, seu gentilium, legendis, Basilius magnus: cuius interpretem Leonardum Aretinum habemus.

Gentiliũ literæ ut adhibendæ, Hieron. Stridoneñ. Tomo 2.

De libris caute legendis Ioan. Gerson. Tomo 1.

De lectionis delectu, atq; legendi ratione, Sabell. lib. 2. c. 7.

Poëtas quomodo citra noxam legas, Cælius 7.3.

Poëtarũ & aliorũ lasciua scripta pueri & adolescentes ne attingant, dialogi tres nostri, cum Martiale ex castigatione nostra Tiguri excusi.

Cur Homerus in Rep. Platonis, ceu adolescentium auribus incõmodus, reijciatur. Proclus in Remp. translationis nostræ cap. 19. Idem argumentum in toto illo libro, quantum eius nos trãstulimus, fusissime tractatur.

De modo eligendi commentarios, Seneca lib. 6. epist. 45.

Quod in dictando fertilis eligenda est materia, Seneca lib. 6. epist. 46.

Didascalicon, Hugonis de S. Victore lib. 6.

De Grammatica exercitatione, Basilius magnus.

Ordo ratioq; docẽdi in Gymnasio Geneuensi, Latine & Gallice impressa Geneuæ, in libello & in tabulis.

Ratio instituendi discipulos, Ioan. Lud. Viues.

De ratione studiorum, & officio discipuli, Quintilian. lib. 1.

Declamatio de primorũ studiorum ratione, Sebast. Linckij.

De ratione studiorum, Ant. Bellinus, Vitus Amorbachius, Ioachim. Fortius Ringelbergius, Ioan. Eccius.

De instituenda studiorum ratione, ad nepotes suos Basilij Magni Paræneses, Græce & Latine simul excusa Basileæ apud Hen. Petrum, cum annotationibus Iustini Goblerí.

D. Erasmus Rot. scripsit de ratione & ordine studendi: de repetendæ lectionis norma: de ratione colligendi exempla, Tomo 1.

De ratione studij, ac legendi, interpretandiq; authores, Io. Lud. Viues.

De studio formando, Rodol. Agricola.

De studio literarum cõmode instituendo, Guliel. Budæus.

De modo studendi, Herman. Schildis.

Modus uere philosophandi, Ioan. Caronoteñ. 7.

Pro studiorum innouatione, Rodolph. Agricola.

De corrigendis adolescentiæ studijs, oratio Phil. Melanchthonis.

De studijs moderandis, Cælius Calcagninus.

De studiorum usu, & disputationibus, Leon. Aretinus.

De communicatione studiorum & operarum, oratio Phil. Melanchthonis.

De studiorum conditione, Io. Pierius.

Quæ post finem studia, Quintilianus cap. ultimo sui operis.

Adole-

Adoleſcentia Iac. VVimpfelingij.
De optimo docēdi genere Galeni liber Græc. & Lat. interprete D. Eraſmo Roterod. Tom. 1. Sed nihil aliud in illo, quàm Pyrrhonios refutat, qui omnem certam ſcientiam & demonſtrationem tollebant.
Philopatris, ſeu qui docetur, Lucian.
Ratio docendi, laudandi, uituperandi, Marſil. 1. 108.
Docendi modus, Sophiſtogium 1. 1. 11.
De moderanda cupiditate diſcendi: & quanti profectus ſit ſapientem ſæpius audire: & quod maiori impetu iuuenes ad philoſophiam quàm ſenes accedimus: ubi notat eos qui dicunt decus philoſophiæ eſſe, diſputare, non uiuere, Seneca lib. 19. epiſtola 109.
Diſcendi & loquendi ratio, Marſil. 3. 51.
Quod etiam in ſenectute diſcendū eſt, Seneca lib. 10. epiſt. 77.
De ordine diſcendi, oratio *Philip. Melanchth.*
Diſcēdi ordo ſeruandus, Aug. Dathus.
Quod nunquam nimis dicitur, quod non ſatis diſcitur, Seneca lib. 3. epiſtola 27.
Philoſophum non cōtingere abſq; matheſi, Cælius 7. 30.
¶ Quomodo omnia philoſophiæ uerba pondus habent, & quàm turpe ſit ſemper ex commentario ſapere, Seneca lib. 5. epiſt. 33.
Quod uerba philoſophi nec accurata debent eſſe, nec arida: & de tribus generibus in philoſophia proficientium, Seneca lib. 10. epiſtola 76.
Quod philoſophi oratio magis debet eſſe ſimplex, plana, quàm compoſita, uel ſolicita, Seneca lib. 16. epiſtola 101.
De ſtilo in genere peculiaris infra locus erit.
De acie ingenij, non in uerbis, ſed in rebus exercenda, Seneca lib. 6. epiſtola 45.
Quod omni ſuauitate loquendi melior eſt philoſophicus ſermo, Max. Tyrius 12.
¶ Quàm multiplici doctrina preſtiet Io. Picus Mirandula, & iudicium ab eo egregie factum, de Hebræis, Græcis, atq; Latinis doctrinis, earumq; differentia, Crinitus 5. 1.
Reſpōſum Raphaëli Volaterra. quare legum & cauſarum ſtudio intermiſſo, in his mitioribus ſtudijs oblectaremur, Alexander ab Alex. 6. 7.
Solitudo literatis neceſſaria, Marſil. 7. 42.
Quando & quibus de reb. philoſophandum in cōuiuio, Macrob. Satur. 7. 1. Eſt etiam apud Plutarchū hæc quæſtio, in Sympoſiacis ni fallor.
Qui bene poti ad ſcribendum acceſſerint, Cæl. 28. 6.
Cuiuſmodi ſint, quæ ſpeciem doctrinarum habeant, ſed neq; delectent, neque utilia ſint, Gellius 14. 6.
Quomodo philoſophia utendum ſit, Seneca lib. 17. epiſt. 104.
Quod doctrina omnis ad theologiā & *philoſophiā* referenda, Volaterr. 28.
Philoſophus tria potiſſimū deuitare debet, Venerea, auaritiam, ambitionē, apologus, Marſil. 7. 14.
Studium diuitiarum atq; dignitatū, maxime omnium nocet ſtudio literarū, Marſil. 8. 44.
Nihil magis impedit literas, quàm ciuilis ambitio, Marſil. 8. 67.
Philoſophus, nō ut philoſophus, ſed ut homo pecuniā appetit, Marſil. 1. 100.
Philoſophia cum fortuna & diuitijs nō coniungitur, Marſil. 11. 38.
Vbi plus fortunæ, ibi ſapientiæ minus, Marſil. 11. 39.
Quod tendentem ad philoſophiam impedit mundanæ felicitatis falſa æſtimatio: Et quod ſolum ſtudioſum ingenium facit aliquem clarum, Seneca lib. 3. epiſt. 21.
Quomodo ad philoſophiā tendēti paupertas expediat, Seneca li. 2. epiſt. 17.
Quod bona fortunæ ſunt fugienda philoſophanti, conſcientia ſua cōtento, propter ueram libertatem acquirendam ex ſeruitute animi impendenda philoſophiæ diſcendæ & operandæ, Seneca lib. 1. epiſtolarum.

¶ *De linguis, pars 11.*

De linguis diuerſis ſingillatim uide, Titulum 19.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [26] - 5r
PUBLIC DOMAIN

De laudibus linguæ Latinæ, M. Ant. Sabellicus.
De studio linguarum oratio Philip. Melanchthonis.
Apologia ad Latomum de linguis, D. Erasmus Rot. Tomo 9.
De tribus linguis, Græca, Lat. & Hebr. Iacobi Latomi dialogi.
De præstantia linguæ Latinæ, in Plautum, M. Ant. Sabellic.
De differentia idiomatum, Hugolinus patriarcha Constantinop.
De cõfusione linguarũ, Philo Iudæus.
De linguis gentium, nescio quis theologorum, 9.
Oratio de uariarum linguarum cognitione, Petri Mosellani.
Antibarbarorũ liber, Des. Erasmi Rot. Tomo 9.
In oblatratores politioris literaturę Carmen Angeli Andreæ.
In barbaros philosophos, Hermol. Barbarus.
¶ *De præceptoribus, & discipulis, & scholis, earumq; disciplina & legibus, pars 12.*
Præceptores, Pet. Lagnerius, Brusolus 5. 2.
Magister, Manip. florum, Lumen animæ p. 2. ca. 138.
Doctrina, siue doctor, Manip. florum.
De doctrina, & doctoribus seu magistris, Hier. Pad. 3. 3. 3.
Auditor, Manip. florum.
Auditores, p discipulis cur, Celius 11. 13.
Discipulus, Brusolus 2. 32.
Quantum bonis præceptoribus discipuli debeant: ac de Alexandro Macedone erga præceptorẽ Aristotelẽ, Crinitus 4. 4.
Pietas in præceptorem, Coruinus in apophth.
Diogenes adolescentem conspicatus petulantem, ipse pulsauit custodẽ, tantum locutus: Cur tu ad hunc modũ instituis? Theon Chria 2.
Hercules cithara pulsare didicit, & præceptorẽ occidit, Aelianus Variæ historiæ Græcæ fol. 22.
Ad doctrinã magistros esse necessarios, Volaterr. 28.
Quomodo magistrum delectat profectus discipuli, Seneca lib. 5. epist. 34.
De scholis constituendis, & exhortatio puerorum ad scholas, M. Lutheri.
De ludis literarum recte aperiendis, Io. Sturmius.
De restituendis scholis oratio Phil. Melanchthonis.
Pro scholis instaurandis, Eumenij rhetoris oratio.
Leges Gymnasij Vuitebergensis, impressæ carmine in 8. cum alio quodã libello.
Academię Vuitebergẽsis leges, quę bis quotannis publice recitantur. Item collegij theologici, & collegij philosophici leges. Impressæ in 4. 1546.
Leges scholasticę Argẽtoratenses, iambis trimetris per Adamum Siberum descriptæ.
Instituta Academiæ Spilenbergẽsis Palatinianæ, excusa Venetijs, 1540.
Ridere in Academia non licebat, Aelian. in Varia hist. Græca, fol. 22.
De admonitione scholasticorũ seu philosophantium, Io. Valensis Communiloquij parte 5.
De disciplina scholarium Boëtius, cum cõmentarijs Thomæ Aquinatis. Idẽ opus cum barbaro commentario impressum est Argentorati anno 1491. in 4.
De disciplina scholarium, Dionysius Rickel.
De utilitate examinum scholarum, Philip. Melanchthon.
De gradibus scholasticis, idem.
De promouendis ad magisterium, dialogi duo Iod. Galli.
In Scholasticam præfecturam, Philip. Beroaldus.
De præsumptionis excusatione ad recitandum puncta pro doctoratus examine assignato (*in iure*) oratio 21. ex 30. per Albertum de Eyb collectis.
De cõmendatione eius cui Licentia ad doctorandum est concessa in iure, oratio 24. ex 30. per Albertũ de Eyb collectis.
De petitione insignium doctoralium in iure ciuili, oratio 25. ex 30. per Albertum de Eyb collectis.
De commendatione doctorandi, cum ei in-

ei insignia doctoralia sunt tradenda, oratio 26. ex 30. per Albertū de Eyb collectis.

De gratiarum actione pro receptione doctoris alicuius in collegium doctorum, oratio 27. ex 30. per Albertum de Eyb collectis.

De laudibus d. Hertnidi de Lapide in electione eius ad dignitatē officij Rectoratus Vniuersitatis, oratio Gotfridi Lange.

Inter orationes Phil. Melanchthonis, & in Appendice Margaritæ poeticæ, extare puto orationes aliquot non ineruditas in laudem doctorum aliquot uirorum, qui ad insigniorem aliquem eruditionis nomine titulum promouebantur. Et earum, si bene memini, mentio fit inferius inter Orationes.

¶ *Libri & compendia in omnes artes liberales, uel in totam philosophiam pars 13.*

Vide in philosophis, qui scripserint in totum Aristotelem.

Historia philosophica Cl. Galeni, Porphyrij.

Plutarchi de placitis philosophorum libri prorsus physici sunt.

Philosophia cōpendiaria Adamantiōis.

Synopticum opus philosophię, Logica, Arithmetica, Musica, Geometria, de anima. Codex Græcus hac inscriptione, Romæ extat in bibliotheca Pontificia.

Compendium philosophiæ, Nicephori Blēmidæ, Georgij Pachymeræ, Hermolai Barbari, Hugonis de S. Victore, Dionysij Rickel.

Summa philosophiæ, Alberti Magni, Pauli Veneti.

Philosophia tota, Symphoriani Campegij.

In totam Aristotelis & Auerrois philosophiam Index M. Antonij Limaræ: coniunctis in unum alphabeti ordinem ad quācunq; philosophiæ partem spectantibus.

Anticlaudianus, Alani de Insulis.

Margarita philosophica, Gregorij Reischij.

Quadratum sapientiæ, continens in se 7. artes liberales ueterum, Ioan. Fœnisecæ.

Breuiarium diuersarū artiū, Theophili.

Introductio in omnes scientias, Raymundi Lullij.

De septem artibus liberalibus, Salomō episcopus Constantieñ.

De nuptijs philologiæ & Mercurij, siue 7. artibus liberalib. Martianus Capella: Remigij commentarij in eundem.

De artibus liberalib. & cyclicis, Raph. Volaterran. 33.

Doctrinale speculū Vincentij Bellouacen. libri 17.

Institutio secularium literarum, siue de omnibus artibus liberalib. M. Aur. Cassiodori.

Problemata encyclia apud Aristotelē, sectione 38.

De artium reductione, S. Bonauētura.

De disciplinis corruptis & tradendis, Io. Ludouici Viuis libri 12.

De expetendis & fugiendis, i. de omnibus 7. artibus & tota philosophia, Georg. Valla.

Philosophicæ definitiones, Ioannis Damasceni, Græcę: item aliæ Platoni attributæ.

Amphitheatrum Iulij Camilli.

¶ *Scribendi & Bibliothecæ instrumenta, pars 14.*

Quo habitu ac figura stilus esset apud ueteres, ac de parte eius deletili: & quid item sit stilum uertere, ex Augustino, Hieronymo, & alijs, Crinit. 17. 4.

Stilum uertere quid sit apud Horatium lib. 1. Sermonum, Cælius 24. 24.

In stilum, siue graphida, Anthologij li. 1. sectione 18.

Calamus, Aelian. in Varia hist. Græca, fol. 22.

Quid sit charta opisthographa apud Iureconsultos, de qua Vlpianus mentionem fecit, & quot chartarū genera fuerint, Alexander ab Alexand. 2. 30.

De conspicilijs libellus Petri Cholini.

Bibliotheca diuersis authoribus, & instrumentis ornata, Martialis noster Titulo 80.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [28] - 6r
PUBLIC DOMAIN

Bibliotheca, & quicquid ad eam pertinet, Fran. Marius Grapaldus lib. 2. cap. 9. de partibus ædium.

Infra quoq; partem Tituli 13. de uarijs, Bibliothecam inscripsimus, quæ catalogum texit illorũ qui diuersas lucubrationes authorum, ut nos in prima Bibliothecæ parte, posteris commemorauerunt.

LIBRI PRIMI DE GRAMmatica, Titulus II.

¶ *De Grammatica in genere, & grammaticis scriptoribus: mox de literis & syllabis, &c.*

COmmẽtarij, scholia, annotationes, paraphrases, &c. diuersorum in diuersos authores, præsertim historicos et poẽtas, ad Grammaticam quoq; referri debebant. Verum ea nos breuitatis causa, non hic unum in locum, sed passim unà cum ipsis authorum libris, in quæ scripta sunt, pro argumenti ratione dispositi collocabimus.

Vide supra qui de VII. artibus scripserint, quarum prima est Grãmatica.

De Grãmatica, multa apud Quintilianum, Sophilogium 1. 2. 1.

De origine grammaticæ & quantũ ualeat, Polyd. 1. 7.

De excellentia Grammaticæ, Plinius li. 7. c. 37.

De grammatica & uocabulis Isidorus.

De grammaticis, Smaragdus.

De illustribus grammaticis, C. Suetonij Tranquilli liber.

De ratione docendi grammaticam synopsis, Cælij Secundi.

De illis quæ stulte ex dialectica & metaphysica in grãmaticam deriuata sunt superiore seculo, Io. Lud. Viues li. 2. de discipli. Ex dialectica (inquit) sumpserunt diffinitionum et diuisionum rationes, argumẽtationes, maiorem, minorem, conclusionem, consequentias. Vnde sunt Quæstiones super Donatum, & Glosa notabilis cum argumentis & manulis: & alia iucundiora dictu quàm lectu. Tum ex metaphysicis realitates, formalitates, entitates, de modo significandi uocum: de quo scripserunt Scotus, & Albertus Saxo: & libellus Boëthi, tam illius, quàm cui titulus est de scholarium disciplina. Quare nullam egõ in uniuersa artium omniũ corruptela ineptiorem aut stultam magis excogitatam unquam esse arbitror: ut quæratur cur nomen hoc masculinũ sit, illud neutrum, hoc uerbum actiuum, illud deponens.

Exegeticen grammaticã amisimus: methodicen uero clausis Donato, Prisciano, Capro, Phoca, Diomede, & reliquis ueteribus inuaserunt: qui quũ de sermone Latino præciperẽt, eas ipsas præceptiones barbare tradebãt, ut Alexander Gallus: & quia expositionem uocabulorũ qualemcunq; aliquam certe oportebat scholis perhiberi, Donato, Seruio, Acroni, Porphyrioni, Festo, Varroni, Marcello, & huius notæ, successerũt Hugutio, Papias, Catholicon, Brachylogus, Græcismus, Io. de Garlandia, & alia ridicula nomina. Viues li. 2. de Corrupta Grammatica.

Apud Ligures, &c. post Doctrinale Alexandri, Euæ Columbæ, Prospero Aquitanico, & Vitæ Scholasticæ, totis ingenij uiribus inhærent, Gaud. Merula in Terentiano.

Baldus, Colla Montanus, Guarinus, & Io. Bossius (aliás Albertus Bossius) Itali, nescio quæ parui momẽti grammatica scripserunt, superioribus annis trita in scholis.

In grãmaticos, Anthologij lib. 1. sectione 17.

Grammaticorum scommata, eiusdem lib. 2. sectione 10.

Grammatici analectæ qui sint, Cælius 13. 31.

Sermo quidam Phauorini philosophi cum grammatico iactantiore factus in Socraticum modum, Gellius 4. 1.

Contra grammatistas & ineptos literatores quàm iniquo animo fuerit Vergilius, Crinit. 3. 8.

Ludimagistrõ Homerum non habenti quid acciderit ab Alcibiade, Aelian. Variæ hist. Græcæ fol. 65.

De miserijs pædagogorũ, Phil. Melanc.

De

¶ De literis & syllabis, scriptura, pronunciatione, accentibus.

De literis & syllabis Ael. Donatus, & multa singillatim Ioã. Tortellius ab initio libri de orthographia.
De 24. literarum inuentione & allegoria, Neophyti.
De litera, opusculum Serui.
De literarum usu uario, Rutgerus.
Adamantius Martyrius de b litera & muta, u uocali.
De literis & syllabis, pedibus & metris, cum explicatione Nicolai Brissæi.
De literis antiquis, Plinius lib. 7. c. 58.
Opusculum Valerij Probi.
De Hetruscis literis, Crinitus 3.3.
Qui numeri literis attribuant, Cornel. Agrippa 2.20.
Literati serui, Cæl. 25.20.
Grammatica pocula, Cælius Rhodig. Vide Indicem eius.
Cuiusmodi foret mos sortiendi per literas Athenis, item inter athletas, Cæl. 22.18.
Quod literas Palamedes inuenerit. Et demonstratio, quod ante Palamedē atque Cadmum erant Græcis literæ, Tzetzes 12.398.
Quis primus literas inuenerit, uel in Latium attulerit, & de earum numero aucto, uiq; sonoq; Polydor. 1.6.
Qui abecedarij, syllabarij, ac nominarij sint apud Hieronymum: ac de abecedario ex uerbis Hieronymi & Augustini, Crinitus 16. 8. & Cælius 27.28.
Qua proportione uocalium & semiuocalium numerus compositus sit, Plutar. Sympos. 9.3.
De consonantia literarum, Gell. 7.20.
Literæ mutæ ex adagio quæ dicantur, Cælius 29.14.
De singulis literis singulos libros conscripsere, Cæsar dictator, & Coruinus Messala.
Quæ causa sit cur alpha primo loco ponitur in ordine literarum, Plutarch. Sympos. 9.2.
Iotacismus, Lamdacismus, Metacismus, Cælius 13.1.
Cappa triplex pessimũ quid, Cælius 18. 30. & Erasmus in Chiliad.
Lambda cur diceretur Eetionis uxor, Cælius 13.2.
Plautini loci expositio de litera longa, quam suspendiosi faciant, Cælius 10.8.
Cauillum super litera μ, qua Dionysio concionis habãdæ facta potestas est, Cælius 22.17.
Quo sensu dicatur, sortitus es τὸ μ, præter Græcorum interpretamẽta, ibid.
De literis Græcis plura uide in Grãmaticis Græcis, parte 2.
De proportione, correspondentia, reductione literarum ad signa cœlestia & planetas, secundũ uarias linguas, cũ tabella hoc indicante Cornel. Agrip. 1.74.
Scribendi bonum, & manuũ laus, Cælius 4.3.
De laude scriptorum, Ioan. Gerson Tomo 1.
De laude scriptorum manualium, Ioan. Trittenhemius.
Literarum, quas Italicas cursorias q; uocant, scribendarum ratio, impressa Antuerpiæ apud Io. Richard. 1540. in 4.
De uarijs picturis literarũ, Ioan. Baptista Verinus Italice.
De maiusculis Alphabeti Latini literis artificiose pingẽdis, Lucas Paciolus.
Characterum uariæ & elegantes formæ, per Vrbanum Vuyts Ludimagistrum, Tiguri impressæ Germanicè in fol. chartis 5.
De priscorum dictionibus, quæ per singulas literas uel syllabas scribi solent, lapideis æreisue monumentis, Angel. Decembrius parte 54.
Quid in ueterum nummis sit, A. A. A. F. F. Crinit. 17.7.
De literarum notis in ueterum causis, Crinit. 6.8.
De notis literarum, quæ in C. Cæsaris epistolis reperiuntur, deq; alijs clandestinis literis ex ueteri historia petitis, Gellius 17.9.
De literis antiquis Valerij Probi opusculum. Earundem interpretationes habent in promptuario Lexico Theodosij Trebellij.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [30] - 7r
PUBLIC DOMAIN

De primo uſu ſcribendi apud priſcos, etiam per notas, & quando primum inuenta charta uel membrana, Polydor. 2. 8.

De notis, ſiue ſcriptura per notas, Seneca.

Scutorum literæ apud Spartanos, Cælius 18. 1.

De ſcytale Laconica, Gellius 17. 9. & doctiſſimus uir Nicolaus Gerbelius in deſcriptione Græciæ.

Polygraphiæ libri 6. cum Claue, Ioan. Trittemij.

Steganographiæ libri 8. Ioannis Trittemij.

Literarum mira occultatio, apud Herodotum 220. Colonieñ. æditionis Lat. & plura ibidem. Vide Indicē in Herodotum.

Aegyptiorum hieroglyphica grammata, Orus Apollo Græce, & Lat. Bernardino Trebatio interprete. Item Cælius Rhodig. 29. 26. Et Cęlius Calcagninus in Aegyptiacis.

De hieroglyphicis Aegyptiorū literis: ac de uulture, & ape, eorumq; ſymbolo, tum de cruce etiam ipſa nobilis conſideratio, Crinit. 7. 2.

De recta Latini Græciq; ſermonis pronunciatione, D. Eraſmus Rot.

De enunciatione literarum, orthographia & ratione carminum lib. 4. Marij Victorini.

De Latinorum accentib. Rutgerus.

De tonis grammaticis, Ael. Donatus.

De accentib. Fran. Meneſſe.

De accentibus tam nominū quàm uerborum, Priſcianus Cæſarieñ.

De accentibus & punctis libellus Ioan. Deſpauterij.

De aſteriſco & paragrapho, & dipla, Cæl. 15. 20.

Quis primus ſolutam orationem inuenerit, Polyd. 1. 12.

Quod P. Nigidius argutiſſime docuit nomina non poſitiua eſſe, ſed naturalia, Gellius 10. 4.

Nominum interpretatio plurium. Onomatotheræ qui dicantur, Cælius 24. 3.

Quid ſint apud Græcos ſcholia, Cælius 12. 15.

DE RVDIMENTIS GRAMmaticæ, *Titulus III.*

CVr nomen dicant ſubſtantiam & qualitatem, Cæl. 24. 5.

Elementalia ut uocant, & crepundia puerorum, ſiue Tabulæ abecedariæ, quæ literas & ſyllabas proponunt cum oratione dominica, ſalutatione Angelica, ſymbolo apoſtolorū, & alijs quibuſdam pijs precationibus, ubiq; excudi ſolent. Huiuſmodi eſt educatio doctrinæ puerilis Argentorati excuſa: & Gregorius Mangolt Elementale ex honeſtis uocabulis, et pijs argumētis Cōſtantię publicauit.

Grammatica inſtitutio prima & ſimpliciſſima, Nicol. Maris.

Regulæ Grammaticales Guarini Veroneñ.

Regulæ Sulpitij, Cantalitij, Barzizij, Franciſci Nigri, Gaſparini.

Regulæ Fontanæ.

In ſcholarium Fundamentum Regulæ Remigij.

Entisberi Regulæ, cum Commentarijs Gaietani.

Benedictus Marlianus Guarinum imitatus Canones grāmaticales ædidit.

Manuale paruulorū Thomę de Kempis.

Doctrinale iuuenum, eiuſdem.

Examen ſiue Grammatica Sulpitij Verulani.

Grammatices exercitiū, Leonardi Culmanni.

Exercitium puerorum, liber impreſſus, neſcio an idem præcedenti.

Tabellæ elementariæ Nicolai Borbonij.

Ars literaria, neſcio cuius authoris, exa-
Analogia Lipſenſium. (cuſa.

Rudimenta Grammaticæ, ſiue de octo partibus orationis, Ael. Donatus.

Commentarios, uel ſcholia in Donatū ſcripſerunt, Remigius abbas, Verſor, Henricus Glareanus (qui et ſcholijs Donatū illuſtrauit, & octo tractatus addidit, de nominum & uerborū inflexionibus, de conſtructione, proſodia & figuris) Iacobus Vitodureñ. Chriſtophorus Hegēdorphinus, Io. Auentinus.

In ſecundam æditionem Donati lib. 1. Cælij Sedulij.

In

In Ael. Donati partem utramq; Commentarij Sergij & Seruij.
De octo partibus orationis libri 16. Prisciani Cæsarien. Ioan. Pinitianus, Iunius Rabirius, Casuus sacerdos.
Declinationum clasmata: item de præteritis & supinis uerborum, &c. Io. Pedij Tethingeri.
Octo partium orationis methodus, Io. Susenbroti.
Grammatica Latina de 8. orationis partibus ex Diomedis, Prisciani, Seruij, Donati, & Aldi Manutij libris collecta. Venetijs impressus liber, 1537. in 4. apud Bartolemæum Zanettū.
De nominum generibus, præteritis & supinis uerborū regulæ hexametris uersibus inclusæ, Gulielmi Lilij cum annotatiōibus Thomæ Robertsoni, liber doctiss.
De ordine partium orationis repetitio secunda, Ael. Anto. Nebrissen.
De 8. partibus orationis, & quarundā dictionum eleganti cōpositione, Nestor Dionysius.
Ebrardi Græcistæ libri grāmatici de figuris, & octo partibus oratiōis, cum additionib. uel expositione Io. Vincentij Metulini.
Rudimenta grammaticæ, Nicolai Perotti, Ioan. Pellisonis, Georgij Buchanani, Sigismundi Lupuli, Francisci Nigri Bassianātis, Io. Auentini, Ioan. Cochlei, Thomæ Linacri, Ioan. Lagreni.
Io. Drosæi partitiones grammaticæ Latinæ, &c.
Pyladis Brixiani carmen scholasticum, de casu, genere, heteroclitis, præteritis, supinis, & epopœia. Commentarios addidit Bartolemęus Moiranus.
Collectanea Grammatica, L. Ioannis Scoppæ.
De grammatica & uocabulis, Isidorus.
Epitome grammaticæ, Io. Piniciani.
De summa grammaticæ, Q. Rhemnij Palæmonis libellus.
Tabulas grammaticas siue in grammaticam, scripsere Io. Murmelius, Antonius Raberius, Nicolaus Borbonius.
Ioan. Murmelij, Nucleus, Pappa, de generibus nominum.
Anto. Bellinus nominum & uerborum inflexus explicauit, & grammaticos canones emendauit.
De uocabulis quibusdam à Varrone et Nigidio contra quotidiani sermonis consuetudinem declinatis, atq; inibi id genus quædam cum exemplis ueterum relata, Gellius 4. 16.
Bellum grammaticale inter Nomen & Verbum de principatu orationis, Andreæ Guarnæ.
De nominibus Volaterranus, 30.
De nomine & uerbo, Phocas grammaticus.
Declinationum summa Antonij Mancinelli.
Spica uoluminum quatuor de declinatione, Ant. Mancinellus.
De partium orationis declinatu, Maturinus Corderius.
Libellus de usu uocum, quæ non flectuntur, Ioach. F. Ringelbergij.
Paradigmata declinationum in Pædia grammaticæ, Lucę Barthodij Argentinensis.
Præcox declinatum, præcocis facit, nō præcoquis, Gell. 10. 11.
Quod idē Quadrigarius huius faciēs, patrio casu, probe & Latine dixit, & quædam alia appositā de similiū uocabulorum declinationibus, Gellius 9. 14.
Dici solitum apud ueteres trabes, canes, duces, in singulari: pro eo quod est trabs, canis, dux: & alia eiusmodi obseruata ex M. Varrone, & alijs. Crinit. 15. 6.
Lis atque contentio grammaticorum Romæ illustrium enarrata super casu uocatiuo uocabuli, quod est egregius, Gell. 14. 5.
Quando Cæcilius poēta frontem genere uirili non poētice, sed cum probatione, & cum analogia appellauit, Gell. 15. 9.
Quæstio an arena, cœlum, triticum, pluralia inueniantur. De Quadrigis, inimicitijs, nonnullis præterea uocabulis an singulari numero comperiantur, Gell. 19. 8.
De discernendis coniugationibus, Eu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [32] - 8r
PUBLIC DOMAIN

tychus, & Sedulij commentariolus in eundem.
De uerbis, quæ in utramcp partem significatione reciproca, & aduersa dicuntur, Gellius 9. 12.
Contra disputantes Steti & stetisse nõ recte dici: sed dicendum potius Fui & fuisse. Ang. Decemb. parte 59.
Quod M. Varro in libro, qui inscriptus contra Tiberium exulem, stitisses uadimonium per i literam dicit, non stetisses: eiuscp uerbi ratio reddita, Gellius 2. 14.
Pepoſci, memordi, pepugi, spepondi, & occecurri, plærosqp ueterum dixisse, non uti postea receptum est dicere, per o, aut per u, literam in prima syllaba positam, sed per e, atque ideo Græcæ rationis exemplo dixisse. Præterea notatum, quod uiri non indocti, neque ignobiles, à uerbo descendo non descendi, sed descendidi, dixerunt, Gell. 7. 9.
Qualis mihi fuerit in oppido Eleusino disceptatio cum Grammatico quodam præstigioso, tempora uerborũ, & puerilia meditamenta ignorante: remotarum autem quæstionum nebulas, & formidines ad capiendos imperitorum animos ostẽtante, Gellius 8. 10.
Hodonium Germanicum de faciliori puerorũ institutione, Iacobi Vuimpfelingij.
Erotemata grammaticæ, Sigismun. Lupuli, Ioan. Lithocomij, Io. Spangebergij.
Centiloquium, Anto. Mancinelli.
Conatus melior, eiusdem.

GRAMMATICAE ABSOlutiores: & libri simpliciter de grammatica inscripti, ordine literarum, Titulus IIII.

Aelij Antonij Nebrissẽ. grammatica.
Aldi Manutij grammatica.
Alexandri de Villa Dei Doctrinale, cui interpres accessit Facinus.
Ant. Mancinelli libellus, de arte.
Asperius Iunior grammaticus.
Institutionum grammaticarum libri 10. Augustini Saturnij.
Aurelij Augustini de grammatica lib. 1.
Aulus Gellius multa passim argumenti grammatici tractat, quæ omnia seorsim in æditionum quarundam indicibus notantur.
Cælij Secundi Curionis, de literis doctrinacp puerorum siue grammaticę Latinæ libris.
Cantalycij grammatica, siue summa in regulas distinctas totius artis.
Christophori Hegendorphini dragmata grammaticæ.
Critolaus Lasotanus grammaticus.
Curij Lancilotí grammaticæ institutionis lib. 8.
Diomedis Grammatica.
Francisci Nigri grammaticæ libri 14.
Francisci Stoæ, Francisci Syluij, Georgij Hauerij, Georgij Simler, Georgij Trapezuntij, de grammatica libri extant: item Georgij Vallæ lib. 4.
Gerardi Cannisij, Gulielmi Tardiui, Henrici Primæi, Hermãni Torrentini, Hieronymi Cingularij, Iac. Fabri Stap. & Iacobi Henrichmanni, scripta de grammatica extant.
Georgij Pictorij pueriles institutiones ex Quintiliano.
Iacobi Micylli grammatica, cum præfatione Phil. Melanchthonis.
Ioan. Augerij, & Ioan. Cochlæi grammaticæ.
Ioan. Demaretus peri archôn grammatices.
Ioan. Despauterij Niniuitæ grammatica. Eiusdem methodus per Ioannem Monhemium: item per Sebast. Nouimolam.
Ioan. Pellisonis contextus siue epitome uniuersæ grammaticę Despauterianæ.
Ioannis Riuij de Grammatica lib. 8.
Ioan. Spangebergij, Ioan. Stirpiani, & Ioannis Sulpitij Verulani grammaticæ.
Ioan. Susenbroti grammaticæ artis integra institutio.

Io.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [33] - 8v
PUBLIC DOMAIN

Io. Aingre in Priſcianum.
Io. Tortellij grammaticæ commentario rum lib. 2. Eiuſdem Grãmaticorum obſeruationes, haud ſcio an diuerſus liber.
Ioan. Vergaræ Hiſpani Grammatica Latina.
Iodocus Badius, Iod. Vuillichius, Iſidorus, Methodius, de grammatica.
Matthæi Herbeni de inſtitutionib. ſcholaſticis libri 2.
Nonij Marcelli grãmaticus liber de nominum generibus, numeris, caſibus, declinatione, item de uerbis et aduerbijs quædam, &c.
Pauli Niauis inſtitutio de lingua Latina.
Pauli Pompilij, Petri Pontani Cæci, Philippi Melanchthonis grammaticæ.
Petri Curij inſtitutiones Latinæ.
Pomponius Lætus de arte grãmatica.
Priſcianus grammaticus. *In Priſcianũ ſcripſerũt Io. Aingre, & Daniel Caietanus. In maius uolumẽ Priſciani lib. 1.* Cælij Sedulij. Excerptiones Priſciani lib. 1. per Remigiũ ab batem.
Q. Terentius Scaurus Grammaticus.
Raphaël Volaterranus, Sigiſmundus Lupulus, Synthis quidam, Theobaldus Billicanus, Thomas Robertſonus, libros de grammatica reliquerunt.
Vincencij Belluacen. de grammatica libri 3.
¶ Chriſtophori Baitici de numeralium ratione nominum, quatenus ad elocutionem attinet Latinam.

¶ DE ORTHOGRAPHIA
Titulus V.

DE orthographia ſcripſêre olim, Papyrius Prætextatus, Q. Terentius Scaurus, Velius Longus, M. Victorinus, Agrætius, Beda, M. Aurelius Caſſiodorus: & recentiores, Ael. Anto. Nebriſſen. Geor. Valla, Gaſparinus, Io. Deſpauterius, Io. Ianuenſis in Catholico.
De orthographia & Latinitate, Caper grammaticus.
Ex P. Nigidio quædam ad orthographiam pertinentia, Gellius 13. 24.
De orthographia uocabulorum Græcorum, quę Latinis in uſu ſunt, Io. Tortellius.
Orthographiæ inſtitutiones, Iod. Vuillichij.
De mihi & nihil tũ ſcribendis tum proferendis aſſertio in gratiam puerorũ, impreſſa Pariſijs apud Rob. Stephanum in 8. 1540.
De orthographię dignitate, et diphthongorum uſu per Guarinum, Ang. Decembrius parte 75. De diphthongis plura ibidem per quatuor ſequentes partes.
Quàm multos habuerint antiqui diphthongos, Politian. 1. 43.
De dictionibus quæ cum diphthongo ſcribunt, Guarinus Veronen. Qui libellus etiam cum Io. Reuchlini Breuiloquo impreſſus habetur.
De ijſdem Io. Tortellius in D. litera, in opere de Orthographia.
De quibuſdam uocabulis tum Latinis, tum Græcis, ſed apud Latinos receptis, in quibus addubitari ſolet quo pacto ſcribi conueniat, Ang. Decembrius parte 83. & deinceps. Singulis enim alphabeti literis, ſingulas partes attribuit.
De uocabulis aſpiratis, ordine alphabeti, Io. Iouianus Pontan. Tomo 2.
De aſpiratione dictionũ Latinarũ tam in medio dictionis, quàm in initio & fine, ordine literario, Io. Tortellius de Orthographia in H. poſt Hortenſij mentionem.
Super aſpiratione citata quæpiam, Politian. 1. 19.
Qua ratione uerbis quibuſdã uocabuliſcp ueteres immiſerint, h, literæ ſpiritum, Gellius 2. 3.
De arte punctandi, Io. Reuchlinus in Breuiloquo: Ioannis de Lapide dialogus.
De punctis Io. Petrus Paſcutius.
Stephanus de urbibus in dictione Babras ἀσυγὲς βιβλίον uocat librum nullis punctis diſtinctum.
De periodis, Phil. Melanchth. in Rhetorica.

DE SYNTAXI, SIVE *Constructione*, Titulus VI.

REgulæ constructionis, Ant. Mancinelli.

De 8. partium orationis syntaxi, Des. Erasmus.

In eandem scholia, Friderici Nauseæ.

Grammaticæ syntaxeos & prosodiæ tabulæ per Gilb. Cognatum.

De constructione Latina, Iac. Montanus, & Io. Despauterius.

Erotematum de syntaxi, Ioan. Pollicarij libri 3.

De recta & ordinata uocum cõpositione, Io. Pollicarius Cygnæus.

Syntaxis Phil. Melanchthonis. Eadem locupletata à Vito Vuinshemio. In syntaxin Phil. Melanch. præfatio.

Thomæ Linacri de emendata structura Latini sermonis libri 6. In eosdẽ puto Phil. Melanchthon *præfatus est*.

De *constructione lib. 2. Prisciani Cæsarien.*

Syntaxis, in Pædia grammaticæ Lucæ Barthodij Argentineñ.

Regulæ scribendi, Fr. Nigri.

Cur Plato dixerit sermonem ex nominibus & uerbis constare, Plutar. Platonicarum quæstionum 9.

Stephani Doleti de Latinarum locutionum formulis, libri 3. primus habet conflatas ex nomine & uerbo locutiones: secundus significationem & cõstructionẽ uerborũ: tertius usum particularum indeclinabilium.

De uerbis inopinatis, quæ utroq; uersum dicuntur, & à grammaticis communia uocantur, Gell. 15. 13.

Morem istum ueteribus nostris fuisse, uerba patiendi mutare ac uertere in agendi modum, Gell. 18. 12.

Tertiúmne consul an tertio dici oporteat, & quonã modo Cn. Pompeius, cum in theatro quod erat dedicaturus, honores suos inscriberet, quæstionem ancipitẽ istius uerbi, de consilio Ciceronis uitauerit, Gell. 10. 1.

Tantum & quantum cõparatiuo nonnunquam cõiungi, Alexand. ab Alex. 6. 9.

Quoad uiuet, & quoad morietur, cur idipsum temporis significẽt, cum ex duob. sint facta cõtrarijs, Gel. 7. 21.

Cum partim hominum, qua ratione ueteres dixerint, Gell. 10. 13.

Hesterna noctu, rectene, an cum uitio dicatur, & quænam super istis uerbis grammatica traditio sit. Itemq; quod decẽ uiri in XII. Tabulis nox pro noctu dixerunt, Gell. 8. 1.

Latine dici, Saturnaliorum, noctu futura, & die crastini, Macr. Sat. 1. 4.

De uerbo duo & uicesimo, quod uulgo incognitum est, à uiris doctis multifariam in libris scriptum est, Gell. 5. 4.

De ludis puerorũ, Ioach. Camerarius. De ijsdem locus est apud Iulium Pollucem, quære in Indice Basilienſis æditionis.
Qui ludi apud Romanos frequẽtes fuerint, qui apud exteros, quæũe sint nuces ocellatæ apud Tranquillum, Alexander ab Alex. 3.21.
¶Vnde mos committendi gallos gallinaceos in pugnam, Aelianus Variæ hist. Græcæ, fol. 72.
Gallinaceorũ Athenis compugnantiũ in theatro spectaculum, Cæl. 17.32.

¶ *De ludis, quibus corporis aliquod exercitium coniungitur.*

Sphæristerium, Cælius 25.2. Alexander ab Alex. 3.14.
Pilæ lusus inuentores, Cælius 20.14. & 14.1. & Leonicenus 3.32. Polydorus 2.13.
Spheromachia et pilaris lusio, nominantur à Statio in præfatione in quartũ Syluarum.
Melomachia, Cælius 13.25.
De ludo globi mystice, Nicol. de Cusa.
Disci primus repertor Perseus, Leonicenus 2.45.
Halteres qua cõponerentur figura, Cælius 14.4.
De pityrismate, Politian. 1.38.
De sciamachia, Politianus 1.34.
Glaucus sciamachus, Cælius 13.30.
De sciamachia & chironomia, Cælius 11.6.
De coryco & scariphismo. Acrochirismus, acrochiri, hoplomachici, monomachia, Mantinica armatura, exercitationis distinctio, ecplethrissare, pityrissare, tactici, chiropedæ, Cælius 11.6.
De uenatica, Io. Carnoteñ. 1. De aucupio, Oppianus. Sed qui huiusmodi

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [50] - 17r
PUBLIC DOMAIN

ſcripſerint, copioſius in Hiſtoria noſtra animalium perſequemur.
De natandi arte, Nicolai Vuinmanni dialogus.
¶ In certamina publica, agônas, Floriſegij Græci lib. 1. ſectione 1.
Halea certamina, Cœlius 17.23.
De Calpes appellato certamine, et quando fieri cœptum, nec nõ quando introduci deſierit, Leonic. 2. 58.
Tranquilli locus in Nerone, de Iuuenalibus ludis, Cælius 19.22.
De certaminibus ſacris, Cælius 21.31.
De quatuor certaminibus ſacris Græciæ, & eorum coronis, & cur victores omnes palmæ ramum manu geſtarent, Leonic. 1. 68.
Quis primus inſtituerit apud Græcos Olympicum certamen, & alios id genus ludos, Polydorus 2. 13.
De primis Olympici certaminis fundatoribus, & reſtauratoribus poſtmodum, Leonic 2. 37.
Quomodo in ſola Ariſtopatera Hellanodicæ legem Olympiorũ tranſgreſſi ſunt: & qui ſint Hellanodicę, Tzetzes 12. 407.
Mulieres ab Olympijs excludi ſolitas, Cælius 14. 14.
Athletarũ ſugillatio fœda, Cælius 7. 11.
Galenus in Adhortatione ad artes ex Menodoto multa ſcribit aduerſus athletas: item in libro Vtrum conſeruatio ſanitatis medicinæ aut gymnaſticæ ſit.
De more ſortiendi per literas inter athletas, Cælius 22. 18.
Athletica habitudo, Cælius 26. 2. Et Galenus in aphoriſmum quendam Hippocratis lib. 1.
Anancophagia, Cælius 26. 1.
Athleta victor antequam coronaretur, mortuus, Aelianus fol. 43.
De Sicyonio Soſtrato athleta: item de Leontiſco Meſſenio, & Polydamante Scotuſæo hiſtoria, Leonic. 2. 63.
De Cleomede Aſtypalæo athleta hiſtoria, Leonic. 2. 64.
De Theagene Thaſio athleta hiſtoria, Leonic. 2. 65.
De Euthymo Locrenſi athleta, eiuſq; pugna cum Temeſſæo dæmone, & victoria, Leonic. 1. 42.
Amycus & Pollux ceſtu pugnãt, Theocritus Idyllio 27.
Quare Homerus primo ſemper loco, ubi de certaminibus loquitur, ponat ceſtum, ſecundo luctam, ultimo curſum, Plutarch. Sympoſ. 2. 5.
Pancratiaſtes quid & pancratium, Alexander ab Alex. 3. 9.
Pancratiaſtę qui proprie dicanť. Quintiliani locus explicatur: item plura de certaminũ generib. & ad ea pertinentib. uocabulis: pyctæ, ſphæromachia, acrocherſites, Glaucus ſciamachus, Pammachi, pentathli, palæſtræ inuentor, philopentathli Aeginetę cur: ſaltus uocabula: canon, dolichus, diaulus, præmiorum nomina plura, ſoſtra, ſoteria, Cælius 13. 30.
Quinam pugiles morte obita victores fuerunt declarati, Leonic. 2. 81.
Pugiles Olympiæ ad Iouis Horcij ſimulachrum iurabant, Leonic. 2. 62.
De Heraclide pycta, & Druſi Tiberij medico, Cælius 29. 17.
Hiſtoria de Cleomede pycte, & quibus geſtis atque honoribus claruerit, ex Theodoreto & alijs, Crinitus 15. 1.
Nicodorus ex pugile legislator, Aelianus Græcus uariæ hiſt. fol. 11.
De Damocrate palæſtrita, Cęlius 19. 28.
De Milone luctatore, Tzetzes 2. 39.
An lucta inter certamina antiquiſſima ſit, Plutarch. Symp. 2. 4.
Luctari, lucta, Aelian. Græcus fol. 47.
Oricadmus legislator luctæ, Ibidem.
Gymnopædiæ Spartanorum, Cæl. 18. 1.
Palæſtram quis primus inſtituerit, Polydorus 2. 13.
Iphicli in currendo agilitas mira, Cælius 5. 5.
De certamine currentium cum lampadibus, Leonic. 1. 20.
De ijs qui pedum celeritate apud antiquos claruere, Leonic. 3. 29.
Ludi Circenſes Romæ qui fuerint, Alexander ab Alex. 5. 8.
Qui ſint apud Senecam ordinarij gladiatores, & poſtulatitij, Cælius 11. 10.
Tatianus in oratione contra Græcos, multa dicit aduerſus gladiatoria ſpectacula.

Con-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [51] - 17v
PUBLIC DOMAIN

Consummati gladiatores qui dicantur. Aperitur Plinij difficultas, Itē qui Samius gladiator apud Ciceronē, contra aliorum sententiam. Item gladiatorum petitiones, cōpositiones, commissiones, datualia, datuatores. Senecam cur diceret Caligula commissiones meras. Crupellarij & ferrati qui, Cælius 11.11.

Qui xystici, quiue thymelici apud iurecōsultos dicti sint, quódue officium, et quid nomina designarint, Alexander ab Alex. 3.9.

Hastici ludi siue xystici, Cælius 21.18.

De xysto, & inde deriuatis, ibidem.

Ludorum militariū celebrationes, Valturius 12.12.

Palmarij conflictus, palmarium, Cælius 7.29.

De saltationibus Athenæus Græce: & ex Athenæo Stephan. Niger Latine.

De saltatione, Lucianus: Xenophon in Symposio.

De saltationibus Pylades Cilix.

Coppa saltatrix puella P. Virgilij.

Saltationis laus & origo de Græco penu, Cælius 5.3.

Quod tres partes sint saltationis, φορὰ, σχῆμα, καὶ μίμησις, id est, ipse motus progrediendi, habitus & figura, & ostentatio: & quid unūquodq; horum sit. Et quæ communia habeat poëticæ et ars saltandi. Plutarch. Sympos. 9.15.

Choream ducere unde nostris mos sit, Polydorus 5.2.

Hyporchema, Cælius 5.3.

Stasimon, ibidem.

Saltationum species, podismus, comus, pyrrhicha, pyrsurides, pyrimachus. Sicilissare quid: panchororum proxenus. Saltationis partes, Cæl. 5.4.

De saltationis armatæ genere pyrrhiche appellato, & unde nomen inuenit, et quo fiebat modo, Leonic. 1.87.

Pyrrhicam saltationem quis instituerit, Polydorus 2.13.

¶ Ludi & spectacula, Textor in officina 564. Basilieñ. æditionis.

Spectacula ædere nostris unde mos sit, Polydorus 5.2.

Spectacula noxia moribus, Cælius 8.7.

De origine Theatri, & in eo recitandi comœdias tragœdiasq; modo, & qui primo Romæ theatrū & amphitheatrum ac circū construxerint, & quare amphitheatrum harena spargeretur, Polydor. 3.13.

De Romanis spectaculis & ludis apparatissimis Probi imperatoris, cum de Germanis triumpharet, Crinit. 12.7.

Qui primus legē theatralem Romæ tulerit, & quot leges plebem ab optimatibus postea distinxerint, Alexander ab Alex. 5.16.

Theoricæ pecuniæ quæ, Cælius 8.9.

Artaba, thearion, & theoricum locus: theori, & theoris, ibidem.

Lineam poscere quid: & quid in spectaculis linea, Cælius 5.14.

Sphæria quæ in theatro spargerentur, Cælius 25.2.

Cur libenter illos audiamus, qui imitantur iratos & dolentes: commotos autem his affectib. inuiti uidemus, Plutarch. Symp. 5.1.

De eo certamine, quod apud Mausoli sepulchrū à scriptoribus inclytis decertatum est, Gellius 10.18.

Qui ludi scenici, qui Megalenses, qui Taurij, Cōpitalitij, Iuuenales & Honorarij fuerint, Alexander ab Alex. 6.19.

Comicus apud Spartanos lusus, Cælius 6.17.

Historia de Polo histrione memoratu digna, Gellius 7.5.

De histrionibus & mimis, Ioan. Carnotensis 1.

De histrione epistola Cypriani.

De funebribus ludis, Sabellicus lib. 10. cap. 15.

De barbarico quodam & periculoso ludi genere, Leonic. 2.91.

Sarmaticus ludus, Cælius 18.24.

De ludis Cyclopeis, Crinitus 17.3.

TITVLVS XIII. DE VARIIS, cuius partes sunt 8.

Pars 1. De *authoribus qui uaria scripserunt uno in opere, apud Græcos & Latinos. Et qui in uarios authores eodem in opere aliquid obseruauerint.*

2 De *indicibus librorū arte parandis, quam quis*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [52] - 18r
PUBLIC DOMAIN

ad alios etiam libros quouis ordine instituendos, & uarios in studiorum ratione usus adhibere poterit. De indicibus copiosis, qui in authores aliquot à studiosis hominib. confecti sunt. Ratio parandorum indicum in bibliothecas publicas aut priuatas.

3 *Problemata, quæstiones, & disputationes.*

4 *De locis communibus.*

5 *De ratione colligendi locos cõmunes, eorumq; exempla siue materia, circiter 950.*

6 *De collectaneis locorum cõmunium, tum adespotis, tum secundum nomina authorum alphabeti ordine digesta.*

7 *De bibliothecis, id est catalogis scriptorum, et locis multorum librorum custodia insignib. & structoribus eorum.*

8 *De mirabilibus.*

¶ *Pars prima, de authoribus qui uaria, & miscellanea scripserunt.*

AVthorum qui ad Philologię album adscribendi nobis uidentur, alij unum aliquod & certi generis argumentum susceperè, ut qui nomenclaturas rerum per classes enumerant, siue pluriũ uno in opere, siue unius tantum generis, quod usum cõmuniorem, nec alicui studiorum professioni propriũ habeat, ut Bayfius de re nauali: de quibus partim in proximo iam titulo dictum est: partim alibi per occasionem dicetur. Alij in unum librum argumẽta uaria congessere, ut quæq; animo prius se offerebant, nõ alia methodi uel ordinis ullius ratione habita. Quod ipsi quoq; tituli librorũ aliquot profitentur, ut Variæ historiæ, Miscellanea. Huiusmodi igitur lucubrationes aliquot hic recẽseantur, Græcorum primum, deinde Latinorũ.

¶ *Qui apud Græcos uaria scripserint.*

Aeliani uaria historia Græce, & Latinè ex Conradi Clauseri nostri trãslatione, quæ nondum in lucẽ prodijt.

Athenæi dipnosophistarum libros Græcos castigauit & indicibus illustrauit doctissimus uir Christianus Herlinus. Non pauca ex eo transtulit Stephanus Niger. Hieronymus Paristetus quoq; bonam eius partẽ uertisse dicitur. Audio in Italia totũ esse translatum, sed nondum accepisse publicum.

Stromatum Clementis fragmenta Græca hodieq; extant: & pauca quædam inde cum Heraclide Ponticо nostro excusa sunt de furtis poëtarum.

Io. Tzetzæ Historia uaria per Chilíades diuisa, Græcis uersibus politicis: impressa nuper Basileæ cum Latina interpretatione ad uerbum, Pauli Lacisij Veronensis è regione.

Aristotelis mirabiles narrationes, rara quædam mira, & iucunda lectu in diuersis rebus tradit, ut animalib. metallis, plantis, historijs.

Iulij Pollucis Onomasticõ Græce, et Latine, Rodol. Gualthero nostro interprete: utrũq; Basileæ impressum est, & Græcum quidem cum indice Greco copiosissimo, & altero Latino.

Plutarchi Symposiaca, siue conuiuales quæstiones: hactenus quod sciã nondum Latinæ. Phil. Melanchton tantũ *libri septimi caput 6. uertit.* Conuiuales quęstiones fortè *in politicis* ꝺq; inter Conuiuia nominabimus.

Ex hisce & alijs apud Græcos grammaticis & philologis, multa recentiores & qui nostro seculo floruerunt, ut Cælius Rhodiginus, Leonicenus, et alij quidã, in Latina sua uolumina deriuarunt.

¶ *Qui apud Latinos uaria scripserint.*

Alexandri ab Alexandro I.C. doctissimi, Genialiũ dierum libri 6. multa habent, quibus Grammatica, iurisprudentia, & uarij authores illustrantur. Nos singulorum librorum capita descripta, ad suos passim ordines in hoc opere digessimus: ut aliorum etiam qui eiusmodi argumenta tractauerunt, apud Græcos & Latinos quàm plurimorũ, quod in singulis testari tædiosum foret. Cur autem illorũ, qui Varia scripserunt (quibus etiam Locos cõmunes adnumero) potius ꝯ illorum qui certũ quodpiã argumentum tractarũt, capita Pandectis nostris inseruerim, hæc causa est: quoniam in uno argumẽto quid quærendũ sit facile intelligitur, in uarijs non item.

Angeli Politiani Miscellaneorũ Centuria. In eadem Iodoci Badij scholia, & Georgij Merulæ censuræ.

A. Gellij

A. Gellij Noctium Atticarum libri 20. In eaſdem Iacobi à Cruce annotationes: item Petri Moſellani excuſæ Coloniæ tum in margine tum poſt capitis cuiuſq; finem.

Cælij Rhodigini Antiquarũ lectionum uolumen aut Theſaurus uerius, in libris 30. per Camillum Richerium à morte authoris locupletatum.

Cypriani Vomelij Miſcellanea.

Deſ. Eraſmi Chiliades quãuis ſupra in prouerbijs nominauimus: quoniã tamen prolixas ſæpe digreſſiões, & uariarum rerum cognitionem complectuntur magis quàm ulli aliorũ, qui prouerbia ſcripſere libri, hic quoque præteriri non debuerunt.

Franciſci Floridi Lectionum ſucciſiuarum, libri 5.

Gulielmi Budæi Pandectæ. Eiuſdem opus de Aſſe.

Gulielmi Inſulani Miſcellanea linguæ Latinæ.

M. Aurelij Caſſiodori *Varia, liber hoc titulo.*

Macrobij Saturnalium uel Conuiuiorũ libri 7. multa habent philoſophica, grãmatica, medica, &c. Opus uariũ & collectum.

Nicolai Leonici Thomæi de uaria hiſtoria libri 3.

Polydorus Vergilius multijugę lectiõis ac eruditiõis uir, de inuentorib. rerũ.

Petri Criniti de honeſta diſciplina li. 25.

De intitulatiõibus, Pontícus Virunius.

Miſcellanea ex diuerſis hiſtoriographis, &c. quibus uarij hominũ mores, exempla, proprietates, nomẽclaturæq; rerum & locorum, &c. explicantur. Liber impreſſus Pariſijs apud Gormontium in 4. neſcio quo authore.

De mixtis & uarijs prouerbia ſynonyma, in altero indice Chiliadum.

Maximi Tyrij ſermones 41. in argumenta diuerſa.

Io. Carnotenſis polycraticon, libris 8. q; multa contineat ſic inſcriptum.

De rerum inuentoribus libri 8. Polydori Vergilij.

De inuentis, Scamon author Græcus, non extat.

Gulielmi Budæi Philologiæ libri 2.

Facetias & apophthegmata in Ethicis cum urbanitate reperies.

Varij argumenti libellos aliquot Ioachimus Fortius Ringelbergius ſcripſit, ut Chaos, Experimẽta, & librum de homine.

Liber Græcus continens prophetias, et paroemias diuerſas, & epiſtolas, in bibliotheca quadam Italiæ latitat.

De rebus Aegyptijs Cælij Calcag. liber: inſunt autẽ plurima hieroglyphica.

Hypnerotomachia Polyphili, liber Italicus, uarij omnino argumenti.

Marſilij Ficini de triplici uita libri 3. medica, phyſica, & aſtrologica habent.

Qui de naturis rerum ſcripſerunt nonnulli, quanquam in eodem uolumine, de metallis, lapidibus, animalib. & plantis ſcripſerunt, ordine tamen aliquo id faciunt, & omnia hæc ad phyſicam pertinent, ubi etiam memorabuntur.

Dicta & facta quorundam ſcitu digna, quæ ex diuerſo, miſcella uelut opera ſunt in unũ congeſta, Cælius 21. 44.

Multorũ epiſtolæ extant, in quibus uaria tractantur, ut Aeneæ Syluij, Leonardi Aretini, Celij Calcagnini, &c. ſed epiſtolarum ſcriptores mox ſeorſim enumerabimus.

¶ Dictionaria etiam plæraq; Græca & Latina, quæ literarum duntaxat, nullum autem rerum ordinem ſequuntur (aut ne literarum quidẽ, ut Perotti Cornucopiæ, Budæi cõmentarij linguę Græcæ) ad hunc titulum pertinent, cum & uocabula multis uarijsq; ſcientijs propria in eis explicentur, & rerum interpretationes, definitiones & diuiſiones præſertim (demonſtrationes ferè nullæ) in quibuſdã contineantur. In Suidæ & Phauorini Lexicis, præter grãmatica, hiſtorias multas, ueras & poẽticas, multa theologica, philoſophica, &c. exponuntur. Sic apud Latinos Perottus in Copię cornu, et alij quidã in ſuis dictionarijs quæ Titulo quinto enumerauimus.

¶ *Qui ſcripſerint in uarios authores, in eodem opere. Nam qui diuerſos authores diuerſis operibus explicauerũt, nihil ad hunc locũ faciunt.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [54] - 19r
PUBLIC DOMAIN

Bassiani Landi Epiphyllides.
In diuersos authores collectanea L. Io. Scoppæ.
Bernardi Rutilij Decuria.
Francisci Robortelij obseruatiões in uarios authores.
Iacobi Capellæ fragmenta ex uarijs authoribus.
Io. Antonij Panthei annotatiões ex triũ dierum confabulationibus.
Io. Baptistæ Egnatij Racematiões in authorum locos obscuriores.
M. Antonij Sabellici Annotatiões priores & posteriores, in diuersos authores Latinos, numero decem, si bene memini.
Martini Beuchemi annotationes in diuersos authores. Inuenio & alium titulum, Variarum obseruationũ collectanea, nescio an eiusdem libri.
Philippi Beroaldi Annotationes in classicos authores 24.
De obscuris authorum locis, & corruptis nominibus Ponticus Virunius.
Plæriq; etiam illorum qui Varia composuere, quos proxime nominauimus, multos passim authorum locos explicant: quos autem & ubi, præfixis in quosdã (ut Cælij antiquitates, Pollucem Græcum Basilieñ. æditionis, &c.) indicibus ostenditur.

¶ De *indicibus librorum, pars 2.*

Indices copiosos & accurato alphabeti ordine in prolixiora præsertim uolumina cõscribi, maxima nuper studiosorũ utilitate, à diuino uerè typis excudendi libros inuẽto, receptum est: idq; tanto applausu, ut ĩjdẽ libri quibus index accesserit, à plæriscq; studiosis (illis certe omnibus qui utilitatem potius cq; formam spectant) alijs utcunq; eleganter ubicunq; excusis non immerito præferantur. Laudo hac in re Germanorũ diligentiam, qua Gallos, Italos, & Hispanos longe uincunt. Illi enim plurimos nullis indicibus, perpaucos adiectis quidem illis sed nimis breuibus, codices emiserunt. Mihi profecto in uita tam breui & tanta studiorum uarietate uersantibus necessarij uidentur librorũ indices, non minus quàm in triuio Mercurius, siue ut reminiscatur quæ quis legerit, siue ut noua primũ inueniat. Negligentia enim quorundã, qui indicib. freti, inuentarijs, regestis, & margaritis suis (sic ob insignem utilitatẽ appellant) integras authorũ tractatiões ordine & methodo non legunt, laudes eorum nõ infringit: cum nusquã excellentia & usus rerum, propter imperitorum autim proborum hominũ abusum imminuatur, aut uituperetur.

¶ Porrò methodus qua quis breuissimo tempore & ordine optimo indices conficiat, huiusmodi est. Quæcunq; in indicem referre libuerit, omnia ut primum se obtulerint, nulla ordinis ratione habita in charta describantur, ab altera tantum facie, ut altera nuda relinquatur. Res siue sententiam quælibet separata, uersum nouũ incipiat. Quod si dictio etiam, cuius principalem literam aut significationem aut argumentum disponendo sequeris, ab initio sententiæ fuerit ubi plura sunt uerba (in singulis enim non opus est) bene habet: sin minus, maiuscula litera uel quouis signo, ut atramento subducto alióue, notetur inter describendum ne qua deinde inter disponendum confusio oboriatur. Tandem omnia descripta forfice dissecabis, dissecta quo uolueris ordine diuides, primum in maiores partes, deinde subdiuides semel aut iterum, uel quotiescunq; opus fuerit. Aliqui dissectis omnibus, demum dispo nunt: alij inter dissecandum statim primam diuisionem perficiunt, dum singulas schedulas in fine singularum dissectionis mucrone forficis apprehensas digerunt per diuersa mensæ loca, aut uascula per mensam disposita. Vbi plurimæ schedulæ fuerint, sæpius subdiuidere suaserim: sic enim omnia facilius & minori confusione peragentur, neq; toties loco mouendæ erunt schedulæ, ut aliæ alijs ordinis gratia concedãt: quàm si quis prima statim aut secunda diuisione omnia in iustum & postremæ diligentiæ ordinem anxie redigere satagat. Cum autem primam primæ partis subdiuisionẽ aggredi uolueris, reliquas seorsim

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [55] - 19v
PUBLIC DOMAIN

seorsim omnes in uasa aliqua aut inter librorum folia repone: atque ita partem primam subdiuidendo in ordinē quem uolueris reducito: ordinatam uel statim describito si opus sit: uel si prima descriptio satis bene habeat, quod potius fuerit, agglutinato tantum, glutine ex farina: cui si nullam xylocollam aut fabrile glutinum miscueris, facilius relines aut remouebis agglutinata, madefacta aqua, sicubi erratum sit, aut aliquin in alium usum de nouo ordine cogites: quam ob causam nonnulli in unam chartæ faciem solum agglutinare malunt, ut cum libuerit, denuo discindant.

Sunt qui non agglutinent, sed filis libri ad hoc destinati inserant. Librum è charta, quæ crassissima & solidior reperitur in forma folij (ut uocant) componunt, & à summa parte ad imam filis rectà descendentibus transuunt quatuor, æquidistantibus, *in summa, media, & infima folij partibus, transfixis. His filis deinde* schedulas inserunt. Commodius autem fit, si præterea chartulæ binæ ex communi & tenuiori papyro, crassiori per singula folia agglutinentur: quæ chartulæ filis quidem longitudine æquales sint, latitudine pollicis. Harum una in medio duorum mediorum filorum spacio agglutinetur, non tota, sed tertia tantum sui parte in medio, ut reliquæ duæ tertiæ utrinq; glutino uacent, & hiantibus eis schedularum disponendarum & filis subiectarum extremitates inserantur, quo firmius hæreant, & schedulæ in oppositis folij partibus digestæ non confundantur. Altera similis chartula ante primum filum statim, ut id propè attingat, agglutinetur dimidia sui parte, ut hiet & uacua glutino sit pars quæ filum spectat: In altera uero facie folij, eadem chartula post ultimum filum agglutinetur: siue ut pariter dicam, in utraq; facie uersus interiorem libri partem, qua ligantur & compinguntur libri. Filum exteriori margini proximum pollicis fortè interuallo à fine marginis distet. Huiusmodi folia chartulis & filis instructa circiter 100. (alioqui nimiū crassescerent aut hiaret liber) in unum codicem apte compingentur. Hac ratione Georgius Ioachimus Rheticus, mathematicus huius ætatis præstantissimus, astronomiæ de iudicijs Pandectas congessit.

Hoc certe testari possum, nosse me doctos aliquot homines, qui hanc diuidendi commoditatem omnibus ferè studijs suis adhibeant, & siue scribendum eis aliquid, siue docendum publice fuerit, materiam sermonis congestam & rudem hoc modo disponant: siue materiam recens accumulauerint, siue olim conquisitam distinctis per locos schedulis non agglutinatis in usum reseruent, ut cum opus fuerit ad quodcunq; argumentum tractandum depromant, & ex multis, quæ in præsentia potissimum ad institutum facere uidentur, eligant, aciculis configant, suoq; modo ad *quam uoluerint partium orationis* œconomiam disponant, & quæ uidētur describant, aut pro arbitrio utantur, & in suum rursus locum recondant. Materia autē colligitur partim describendo, quę quis paulatim inter legendum obseruauerit: partim dissectis authorū communibus locis alijsue libris, ad quod efficiendum duobus exemplaribus opus est, quorum unius prima facies, alterius secunda deleatur atramento uel rubrica, ut ex duobus rursus unum ueluti exemplar fiat. Hac methodo ad multa profecto laboris compendia, & uarias studiorum cōmoditates uti licebit. Verum hæc satis, præter institutum. Compulit me certe ad hanc digressionem insignis rei utilitas, & quam nisi expertus nemo facile quanti facienda sit æstimauerit. Non solū enim tempori hoc modo parcitur, & labori tædioq; scribendi (addē quod per alios quoque duos plurésue simul in omnibus, id est, describendo, digerendo & agglutinādo iuuari quis poterit) sed ad ordinem rerum & uerborū, ut quàm exquisitissime fiat, necessarius propemodum hic modus est. Verū ipse usus artis magister & his quæ diximus recte uti, & noua insuper inuenire docebit. Nunc reuertamur unde digressi sumus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [56] - 20r
PUBLIC DOMAIN

¶Indices copiosi, et memoratu digni (minores enim, qui innumeri propemodum sunt, & minus utiles, prætereo) alij ad certa studiorum genera pertinent, ut quē nuper optimus & doctissimus philosophus felicis memoriæ Hieronymus Gemusæus in omnia Galeni Latina opera diligentissime confecit, quę ex Frobeniana officina Basileæ prodiuerunt. Habent & iurisconsulti multas & maximas margaritas suas: & Concordantias aliosq; indices theologi, quos suo loco nō tacebimus: in præsentia paucos tantum, qui occurrent, nominabimus. Nullus enim ferè liber est, qui nō uaria quædam contineat, siue argumento ita ferente, cum magna in multis scientijs & studijs affinitas sit: siue per imperitiam scriptorum. Nam Aristoteles & alij doctiores ex antiquis philosophis, nihil ferè alienum ei quam ex professo tradunt scientiæ admiscent, sed quàm maxime intra eius limites se continent: posteriores uero multi & imperitiores temere ab uno genere in aliud transeunt, unde magna confusio, iactura temporis, & discendi difficultas oboritur, & methodi fructus omnis amittitur. Alij uero indices, qui hic maxime numerandi erant, ad Grammaticos, philologos, & uariarum rerū scriptores pertinent. Rursus, alij in libros integros sunt, ita ut ne uerbum quidem ullum relinquatur, uerborum magis quàm rerum ratione habita: qualis est Nicolai Erythræi in Vergilium index: cui similes in optimos quosq; Græcos & Latinos authores facere instituerat, si uixisset: tum styli, tum rerum cognitionis gratia.

Nizolij in Ciceronem.

Basilij Zanchi uerborum Latinorū epitome: & appendix in Nizolium.

Concordantiæ Biblicæ, &c.

Alij rerum indices sunt, uel omnium uel insigniorum: quibus & uerba, minime omnia, sed insigniora tantum indicantur. Et huiusmodi ut plurimum in plærosq; authores, qui publicantur, fieri solent.

Sunt qui rerum uerborumq; omniū in uno simul indice mētionem faciant: alij certis ordinibus distinguunt, qualem in Gellium quidam scripsit, ubi seorsim grammatica, seorsim philosophica & alia indicantur. Sic etiam Græca à Latinis nonnulli distinguunt, ut in Athenæum, Pollucem, commentarios Budæi, uno indice Latina uocabula, altero Græca comprehenduntur. Qui in Cælij Antiquitates est, locupletissimus certe & utilissimus, Græca Latinis coniungit.

Ad hæc aliqui ad foliorum aut paginarum numerum indices conscribunt: & eorum aliqui simpliciter, alij uersuū numerum addunt: alij foliorum spatia per literas distinguunt. Ego illos maxime probo, qui pro librorum & capitum numero fiunt: ut qui omnibus in quacunq; forma æditionibus conueniant, qualem Camers in Plinij naturalem historiam olim concinnauit: singulis quæ prolixiora erant capitibus, in partes aliquot distinctis. Quamuis autē multi libri in capita nondū distincti sint: eadē opera tamen qua index fit, hæc etiam capitum distinctio perfici poterit. Nos nuper Aristotelis opera Gręca omnia, quę propediem longe castigatiora ex Isingrinij laudatissimi typographi officina proditura expectamus, partim nouis capitibus & argumentis illustrauimus: partim ueterem in Latinis libris seruatam distinctionem retinuimus, ut totus iam Aristoteles in capita distinctus sit. Idem in Cl. Galeni operibus experiri cœpimus. Non desunt qui librorum indices ex solis capitibus, textu (ut uocant) non perlecto, cōscribant. Aliqui argumenta singulorum capitum, initio operis præponunt indicis loco, quos equidem parum probo. Hæc de Indicum usu & differentijs dixerim.

¶ Conradus Pellicanus, præceptor noster, uir diligētissimus, & de bonis literis, sacris præsertim, optime meritus, indices Basileę collegit in Tertullianum, Hilarium, Ecclesiasticam ac Tripartitam historiam, omnia opera Hieronymi, & triplicem in naturalē historiam Plinij. Et apud nos in Vetus ac Nouum Testamentum, argumenti magis quàm uerborum ratione habita: & in alios quosdam libros.

Flo-

Florentius Burgoinus Parisieñ. Franciscanus, indicem omnium insigniter à D. Augustino dictorũ auxit. Frobenianæ æditioni operum D. Augustini, ut plærisq; aliis ex illa officina libris, index copiosissimus annectit: qualis nunc in mentem uenit, qui in Antonij Musæ Brasauoli commentarios in Aphorismos Hippocratis ex eadem prodiuit: item in Ioan. Ruellij stirpium historiam.

In Platonis opa Græca optimus & amplissimus index, cum æditione Basilienſi, diligentissimi felicis memoriæ typographi Vualderi: cui Hieronymus priuignus successit.

In eiusdem opera Latina index, minus tamẽ copiosus, ex Frobenij officina.

In Aristotelis opera Latina Basileæ æditа, index, succinctus quidẽ nimis in reliqua opera: copiosissimus autem seorsim in libros de partibus, generatione & historia animalium: & alius seorsim in problemata.

Tabula dilucidationum in dicta Aristotelis & Auerroys, ubi uerba & sententiæ utriusq; per omnes philosophiæ partes ordine alphabeti breuiter proponunt, M. Antonij Zimarę.

In Varini Phauorini Camertis Lexicõ Græcũ Basileæ excusum, Indicẽ q̃q; Greçum optimum et locupletissimũ, seorsim postea æditum, coniungendum autẽ si qui studiosi sibi emerint, Hieron. Guntius noster elaborauit.

In Pollucem Græcum Basilieñ. æditionis index Græcus amplisſ. & alius Latinus.

In Dioscoridem Græcum Colonienſis æditionis, cum Marcelli Vergilij interpretatione, & corollario Herm. Barbari, indices aliquot egregij.

In castigationes Plinianas per Hermolaum Barbarum Basilieñ. æditionis, index uberrimus.

Indices in Alexandrum ab Alexandro, Miscellanea Politiani, Crinitũ, & cæteros plærosq; qui uaria scripserunt.

In Plutarchi opera moralia Latine excusa Basileæ.

In eiusdẽ uitas Latine apud Isingriniũ ibidem excusas.

In opera Alciati apud eundem.

Index geographicorum nominũ apud Ptolemæum, Strabonem, Pausaniã, &c. per Io. Vuolphium nostrũ, nondum excusus.

Index in Magistrum sententiarum copiosus, qui etiam quadrabit in diuersos scriptores & monachos qui Summas aut commentarios in eundem emiserunt.

Hæc in præsentia sufficiant, commodius enim alia alibi.

¶ Typographi & bibliopolæ plærique, præsertim quibus instructior librorum supellex est, tabulas et indices librorum à se impressorum aut uenalium habent, quorum nonnulli etiam libellis excusi sunt: ut,

Aldi Manutij in fol. chartis 3.

Froschoueri nostri in 8. quem nos confecimus, chartis 2.

Cratãdri Basilieñ. typographi defuncti.

Et Parisijs Roberti Stephani, Colinæi, Vuecheli, trium præstantissimorum typographorum.

In tabulis autem impressi sunt Basilienſium aliquot typographorũ indices, ut Frobenij, Isingrinij, Henrici Petri, Heruagij, Oporini, et Roberti Vuinter: item Gymnici Colonienſis.

His & alijs manuscriptis Græcis, Latinis & Hebraicis typographorum & bibliopolarum (quorum multi etiam impressos indices habent, uenalium apud se librorum, ubicunq; excusorum) ad augendam primam Bibliothecæ nostrę partem usus sum.

¶ Indices in Bibliothecas aliquot insigniores, quos itidem augendo primo huius operis Tomo adhibui.

Vaticanæ siue Pontificię, Romę: index Græcus copiosissimus, Latinum non habui.

In bibliothecam Medicum Florentiæ, Græcus.

In biblioth. S. Saluatoris Bononiæ, Græcus & Latinus.

In bibliothecas Bessarionis, & SS. Ioan. & Pauli, et S. Antonij Venetijs, Græci & Latini indices.

Bibliothecę Augustæ Vindelicorũ Græcæ, index.

D. Erasmi Rot. felicis memoriæ, & Conradi Peutingeri Augustæ, et aliorum alibi in priuatas bibliothecas indices fœcundissimos habui.

Sed de claris Bibliothecis paulò post iterum dicetur, in hoc etiam Titulo de Varijs.

Nunc rationem parandorum indicũ in publicas uel priuatas etiam magnas bibliothecas ostendam, exemplum secutus D. Conradi Pellicani præceptoris nostri, qui in publica Tigurina Bibliotheca ordinanda eandem rationem obseruauit.

Qui primum in bibliotheca reperiuntur libri, ordine aliquo secundum magnitudinem per nidos, tabulas, aut pulpita disponantur, & numerus singulis inscribatur atramẽto. Et quia res exemplo clarescet, paucis libris propositis clarius omnia explicemus: eadem enim ratio in paucis & multis fuerit. Reperiantur igitur in bibliotheca libri, alij maioris formæ, quibus M literam hic adscribemus docendi causa (fingamus enim eiusmodi esse, & magnitudine & nominibus) alij minoris, qui literam P notent. Istis pro magnitudine dispositis, numeri primi ordinis adscribẽtur, hoc modo:

Catullus,	M.	I.
Tibullus,	M.	II.
Beda,	M.	III.
Aulus,	M.	IIII.
Iulius,	M.	V.
Pollux,	M.	VI.
Cato,	P.	VII.
Galenus,	P.	VIII.
Hippocrates,	P.	IX.
Dinoysius,	P.	X.
Musa,	P.	XI.

Hic primus ordo librorũ erit, in quos alphabeticus index fiet, & sui cuiq; numeri adscribentur. Quod si alij libri nõ accederent, nec augeretur bibliotheca, his numeris cõtenti essemus: prodesset tamen præter alphabetici ordinis indicem, alium quoq; confici, eo ordine numerorum quo libri se inuicem sequuntur. Quanquam enim illi numeri libris ipsis inscribantur, amittuntur tamen aliquando libri, & inanibus repertis spacijs nescitur quid desideret. Verbi gratia, uacuum deprehẽdatur spacium septimum, quod si in altero indice quæras, statim inuenies deesse Catonem: ꝙd idem in primo uix ante totũ forte perlectum deprehenderes. Nunc quoniã nouis libris augentur bibliothecæ, numerus unus non satisfaciet nobis, sed aliũ primi ordinis numerũ, alium secundi, tum singulis libris inscribi oportebit, tũ in secundum etiam indicẽ referri. Tertium præterea ex nudis fieri numeris indicem, quorum prior secundi ordinis sit, hoc est illius quo libri iam in bibliotheca constituti sunt: alter primi, hoc est illius, quo primum quisq; liber postremo additur, non relinquitur autẽ ei adiunctus si magnitudine ab eo differat. Exemplum, addatur superioribus Auicenna liber magnus, ad Musam quẽ postremum et paruũ esse finximus numero XI. inscriptum: Auicenna ergo numero XII. (quem primi ordinis aut primæ positionis appello) inscribatur: non placet autem eum hic relinquere, sed potius addere ad ultimum eiusdem magnitudinis, ut magis decora sit dispositio: sic erit proximus post Pollucẽ. Sed iam turbaueris primi ordinis numerum, cum Auicenna duodecimus primi ordinis liber, Polluci qui sextus erat, subiungatur. Fingamus autem non solum Auicennam, sed post eum Serapionem quoq; & Rasim poni, omnes magnos, deinde paruos sequi. Hanc ordinis primi confusionem uitabis, si secundi etiã ordinis numeros tum libris inscribas: tum in Indicem secundum, & erit huiusmodi constitutio librorum.

¶ *Libri ipsi.*

Catullus,	M.	I.	1
Tibullus,	M.	II.	2
Beda,	M.	III.	3
Aulus,	M.	IIII.	4
Iulius,	M.	V.	5
Pollux,	M.	VI.	6
Auicenna,	M.	XII.	7
Serapio,	M.	XIII.	8
Rasis,	M.	XIIII.	9
Cato,	P.	VII.	10
Galenus,	P.	VIII.	11
Hippocrates,	P.	IX.	12
Dionysius,	P.	X.	13

Musa,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [59] - 21v
PUBLIC DOMAIN

Musa, P. XI. 14

¶ *Index secundus.*

Index autem secundus siue primi & secundi ordinis (ut hic sequatur ille præcedat, in tertio enim contra fit) talis erit.

I.	Catullus,	1
II.	Tibullus,	2
III.	Beda,	3
IIII.	Aulus,	4
V.	Iulius,	5
VI.	Pollux,	6
VII.	Cato,	10
VIII.	Galenus,	11
IX.	Hippocrates,	12
X.	Dionysius,	13
XI.	Musa,	14
XII.	Auicenna,	7
XIII.	Serapio,	8
XIIII.	Rasis,	9

Ex hoc ipso etiam apparebit, quot libri sint in Bibliotheca: & quo tempore & à quibus illuc peruenerint.

Iam ut statim inuenias *quem quæris* librum, alphabeticus *index* fiat cum numeris *primi ordinis*, hoc modo.

¶ *Index primus.*

Auicenna,	XII.
Aulus,	IIII.
Beda,	III.
Catullus,	I.
Cato,	VII.
Dionysius,	X.
Galenus	VIII.
Hippocrates,	IX.
Iulius,	V.
Musa,	XI.
Pollux,	VI.
Rasis,	XIIII.
Serapio,	XIII.
Tibullus,	II.

Si petis Hippocratem, numerum primi ordinis habet IX. in alphabetico indice: hunc *igitur* numerum in secundo indice quærito, & *inuenies* alterũ numerum 12. qui tibi secundũ ordinẽ, *i.* ipsum libri in bibliotheca locũ demonstrabit. Sed finge amissum Hippocratem, neq; sciri qui liber in spacium uacuum, ubi duodecimus liber erat, desyderetur. Quæres igitur duodenarium in tertio indice, & cum adscripto ei numero primi ordinis ingredieris in secundum indicem, & nomen authoris absentis reperies. Erit autem huiusmodi index tertius, secundi & primi ordinis numeris confectus, ut hi sequanẽ, illi præcedant, contra quàm in secundo indice.

¶ *Index tertius.*

1	I.
2	II.
3	III.
4	IIII.
5	V.
6	VI.
7	XII.
8	XIII.
9	XIIII.
10	VII.
11.	VIII.
12	IX.
13	X.
14	XI.

Hic duodenario adscriptũ uides nouenarium, *illum quære in secundo indice*, & Hippocratis nomen *inuenies*. Ex hoc tertio indice similiter uidere est quot libri in Bibliotheca sint: & num integra sit lustrare. Conficietur autem describẽdo numeros ex ipsis libris iam recte digestis. Licebit quidẽ figuris numerorum similibus uti ad utrũq; ordinem, modo colore differant: uerbi gratia, primus atramento, secundus rubrica pingatur.

Consultum autem fuerit, cum noui libri accesserint, non statim ordinem & numeros secũdi ordinis mutare (primi enim ordinis numeri semper ijdem manebunt) donec plusculi simul una & eadem mutandi numeros cõmoditate disponendi habeantur. Sed hæc omnia usu & ipsa tractatiõe melius intelligentur, quàm uerbis explicari queant. Nostræ sanè Bibliothecæ Tomus primus, p indice alphabetico recte usurpabitur, facile enim marginibus si qui noui non commemorati in ea libri accesserint, adscribentur: numeros autẽ siue quis primi ordinis tantum, siue utrorunq;, siue potius secundi tantum adnotauerit, bene faciet. Vtcũq; enim fiat in primo indice, semper suus etiam secundo & tertio, isq; necessarius usus manebit.

Hactenus de indicibus, ad Bibliothe

eam conſeruandam, & ordine, & cum decoro inſtruendam & libros inuenien dos neceſſarijs.

Alium quoq; indicem ſuperioribus addidit D. Pellicanus noſter, ſed ad aliũ uſum, eadem ratione qua nos ſecundũ hunc operis Bibliothecæ noſtræ Tomũ inſtituimus, ſecundum argumenta dige ſtis illorum duntaxat authorum libris, quí in Bibliotheca ſeruantur, per artes & ſcientias, ſiue partes philoſophiæ & locos communes.

Nunc tandem quod reliquum eſt hu ius Tituli de Varijs, exequamur.

¶ *Problemata, Quæſtiones, & Diſputationes, pars 3.*

Problematum genera, Cælius 16. 11.

Ariſtotelis uariorum problematum ſe ctiones 38. quarum argumẽta in pri mo Tomo in Ariſtotelis mẽtione de dimus. Interpretationem Latinã ha bemus Theodori Gazæ: commenta rios addidit Petrus de Apono.

Problematum Plutarchi interpretẽ ha bemus Petrum Lucenſem.

Multi illorum quí uaria ſcripſerunt, prima huius Tituli parte enumerati au thores, multa paſſim problemata propo nũt, ut Macrobius, Gellius, Cælius, &c.

Problematum libri 5. Antonij Ludoui ci Medici Olyſſiponenſis, opus abſo lutum, iucundum & uarium.

Georgij Vallæ problematũ liber unus.

Maximi Planudis problemata.

Raphaëlis Regij problemata ducenta.

Ad medicinam magna ex parte perti nẽt, Caſſij Iatroſophiſtæ problemata, quæ Iunius Hornanus tranſtulit, cu ius interpretatio publicata eſt, noſtra nondũ. Et Alexandri Aphrodien ſis problematũ libri 2. utroſq; Theo dorus Gaza uertit, Ang. Politianus priorem tantum. Item Aloiſij Triſ ſini problemata medica ex Galeno.

M. Antonij Zimaræ problemata uaria 104.

Eiuſdem theoremata, ſeu memorabiliũ propoſitionum limitationes 129.

Plutarchi Platonicæ quæſtiones. Res & ritus Græcorũ. Res & ritus Ro manorum. Sympoſiaca. Cauſæ na turales.

Problematum mechanicorum Ariſtote lis liber, quem Latinum fecit Cælius Calcagninus puto.

Conuiualium quæſtionum Ioan. Gaſtij libri 2.

Ad conuiuales quæſtiones pertinent e. tiam Plutarchi Sympoſiaca libris 9. Dipnoſophiſtæ Athenæi, et Saturna lia Macrobij. Fortaſſis & AEnig mata huc pertinerent, quibus locum in Ethicis, cum urbanitate & facetijs coniunctum aſſignauimus.

Epiſtolicarum quæſtionum libri 5. Cæ lij Calcagnini.

Fortianæ queſtiões Hortenſij Tranquil li, quas ſic appellauit à uilla Fortio.

De peregrinis quæſtionibus Bartole mæus Sibylla.

Quæſtiones uarię Iaco. Vuimpfelingij.

Alexãdri Aphrodiſienſis quæſtionum naturalium, de anima, & moralium libri 4. Græci. Translati ſunt à Ioan. Baptiſta Bagolino filio, & Hierony mo Bagolino patre, una traslatione.

Porphyrij queſtiones Homericas, & de antro Nympharum in Odyſſea nos Latinitate donauimus. Publicata au tem eſt illa ſolum, qua antrum expli catur.

Quæſtionum, orationum, propoſitionũ libri 20. Ioannis Trittemij.

Diſputationes Maphei Vegij.

Diſputationes Camaldulenſes Chriſto phori Landini.

¶ Compendium quæſtionum Heyme rici de Campo.

Quodlibeta Hugonis de Argentina.

Quæſtiones Quolibetariæ, Gerardi de Zutphania.

Curſus optimarum queſtionum, neſcio cuius authoris, liber impreſſus, ut ui di in catalogo Bibliopolæ cuiuſdam Venetijs. Sed huius farinæ Quæ ſtiones, in Theologicis fortè plures nominabuntur.

¶ *De locis communibus, pars 4.*

Loci quidem communes abſolute di cuntur, quí nulli ſcientiæ aut parti phi loſophiæ aſtringuntur, ſed ex omnibus aliquid habẽt, & quæ præcipua ad com munem uitæ dicẽdiq; uſum pertinent, ita ut rhetorico aliquo genere tractari poſſint,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [61] - 22v
PUBLIC DOMAIN

possint, undecunq; delibant: Mathematica uero & subtiliora in philosophia prætereunt. Huiusmodi locos plærisq; studiosi in Cõmentarios seu chartaceos libros, certis titulis & generibus rerum distinctos, uaria lectione colligunt: siue alphabeti ordinẽ secuti, ut Dominicus Nanus in Polyanthea: siue genera rerũ & philosophiæ diuisionẽ, siue aliam rationem quampiam. Cæterum qui ad unam duntaxat philosophiæ partem spectant, non simpliciter cõmunes loci dicentur, sed cum adiectione medici uel theologici, &c. Et istos alibi memorabimus, quanquam & hic nõnullos, si qui occurrent: cum ex omni communium locorum genere discendi dicendiq; materia philologo, oratori, & dialectico suppeditetur, ut non solũ nomen diuersis communibus locis commune sit, sed etiam subiectum in quàm plurimis, licet alia atq; alia consideratione. Verbi gratia, de ira & physicus aliquid dicet in contemplatione de anima, & medicus in loco de affectibus qui corpus & ualetudinẽ alterant, & moralis philosophus alibi, & Theologus: ex historicis exempla & euentus circa iram inuenientur. Quid uetat igitur, quin de ira dicturus oratorio more, uel dissuadendi gratia, uel de recto eius usu, ex diuersis genere Locis, modo ne prorsus confundantur, rationes & argumenta sumat?

Rursus illorum qui cõmunes Locos scripserunt, alij suis uerbis quid quaq; de re sentirent explicauerũt, paucis interim, aut nullis fortè aliorum sententijs citatis. Alij, quorũ maior est numerus, nihil quàm alienas sententias congesserunt. Quas rursus alij utcunq; occurrebant, in commentarios sine ordine retulerunt, ut Stobæus noster. Alij ordinis aliquam rationem habuerunt, & locos singulos in certa genera & species subdiuiserunt, quod ut colligenti factu difficilius est, sic lõge maior ad cæteros studiosos inde fructus redundat. Sunt qui affinitatis & pugnantiæ rationem in digerendo habuerunt, ut Stobæus ferè. Quidam ex Græcis tantum, alij Latinis, alij ex utrisq; accumularunt. Alij poëtis solum, alij solutæ orationis libris, alij utrisq; utuntur. Rursus eorũ qui ex poëtis, quidã ex iustis operibus sententias decerpserunt. Quidam epigrãmata tantum integra in Locos redegerunt, uel diuersorum authorum, ut Maximus Planudes in Anthologio, uel unius ut nos in Martiale. Iam plærisq; sententias authorum integras exscribũt, easq; nimis prolixe aliquãdo, ut Stobæus fecit: ego illos prætulerim, qui prolixius ab authoribus dicta, in breuem orationis formam redigunt, aut initio saltem uerborum authoris posito, ad reliqua apud ipsum authorem legenda Lectorem remittunt: aut certe numeris solis quæ res quib. libris uel capitibus folijsue apud singulos explicentur, ostendũt. Huius communium locorum ordinis fuerint Indices quoq; diligentius conscripti, & Concordantiæ, ut uocant. Certe plures authorum indices, si quis in unum ordinem iungeret, nõ inutiles sibi huiusmodi locos pararet, præsertim in illos libros quos ipse legerit.

¶ Pars 5. De Ratione colligendi Locos communes.

Locos & exempla colligendi rationem Des. Erasmus li. 2. de copia studiosis ostendit: & plerisq; quorum de ratione studiorum libelli extant, idem fecerunt. Nos etiam paulò ante in mentione Indicum, similem Locis communib. comparandis rationẽ adhiberi posse docuimus. Poterit autem aliquis occasionem sumere, etiam ex hoc ipso opere nostro, cuius singuli per singulos libros Tituli, ceu Loci quidam sunt: uel decẽ summorum generum apud Dialecticũ aut primum philosophum diuisiões sequi: uel Stobæum, aut alium quempiam imitari, aut pluribus qui locos communes scripsere collatis, quæ placuerint ex omnibus deligere. Nam ut quisq; pro suo captu commodiorem sibi ordinem instituere possit, materiam saltem aliorũ Locis inspectis augebit, ut plures habeat statim ab initio, Locorum differentias. Quanquam autem philosophię & scientiarum diuisionem in Locis constituendis sequẽti (ut nos hoc in opere fecimus) eadem de re sæpius dicendum sit, licet

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [62] - 23r
PUBLIC DOMAIN

non una consideratione: cuius exemplum proxime ab ira dedimus: magis tamen artificiosus, & merito cunctis alijs præponendus hic modus uidetur. Quoties enim & quibus in locis res eadem diuersimode cõsiderata tractetur, alphabeticus index in hoc destinatus monstrabit: quem ceu tertiam Bibliothecæ partem, etsi molis exiguæ ad cæteras, subnectere proposuimus. Quẽ si, ut nolumus, fieri nihil impediat, bene erit: sin minus, titulos saltem eorumq; partes, literarũ ordine digeremus, fauente Deo. Doctiores quidẽ indice illo nihil aut minus indigerent: sed fauendum est etiam tyronibus & imperitis.

¶ Porrò placuit hic proponere studiosis ordinem quendã Locorũ, quem doctus quidam apud nos ad loca & exempla congerenda sibi constituit, nullo quidem secundum philosophiã, sed ingenioso alioquin ordine: quem uel imitentur, qui uoluerint, studiosi iuuenes: uel materiam duntaxat locorum, quæ hic uberrima est, inde mutuẽtur. Inuenta enim emendabit, augebit, aut minuet aliquis facilius q; ipse inueniat. Alia alijs arridẽt: & partitiones hæ nostræ sic ordinatæ & interpunctæ sunt, ut ea ferè quæ quisq; probauerit, plegere, cætera præterire possit. Catalogus igit̃, quem dico, nõ pro exemplari perfecto, sed specimine tantũ & occasione propositus, qualis ad manum erat, huiusmodi est.

¶ *Loci communes de rebus in uniuersum omnibus, in 12. relati locos generales, qui sunt.*

1	Scriptura.	7	Christus.
2	Lex.	8	Ecclesia.
3	Deus.	9	Sacramenta.
4	Cultus Dei.	10	Magistratus.
5	Creatura.	11	Artes.
6	Homo.	12	Virtutes et uitia.

¶ 1. *De scriptura loci.*

Scriptura non ab hominibus neq; per homines, sed spiritu sancto inspirata.
Nomina scripturæ. (ræ.
Authoritas & indubitata fides scriptu-
De authorib. siue scriptoribus utriusq;
Testamenti.
Canon scripturæ.
Solis canonicis scripturis credendum.
Scriptura omnia habet quæ pietatis & perfectionis sunt.
Nihil his addendum aut adimendum.
Quid agendum cum negantibus Scripturas, & de ultione in hos Dei.
Apocrypha.
Quid ualeant in diuinis humana.
Quo loco habenda sint scripta gentiliũ.
Quomodo exponenda Scriptura, & de sensu genuino.
Simplices & apertæ locutiones.
Figuratæ & obscuræ locutiones.
De commentatoribus & cõmentarijs.
De interpretibus & linguis.
Quibus instructum esse oportet uerum theologum.
De conciliorum authoritate.
De consuetudine, moribus, & institutis, quid ualeant.
De longi temporis præscriptione.
Quid ualeat consensus multorũ & exemplum.
De disputationibus.
Collatio amica scripturarum.
De humanis traditionibus.
De hæresibus & hæreticis.

¶ 2. *De lege loci.*

Lex Dei.
Lex Mosis & scripta.
Lex naturæ & insculpta.
Ius gentium.
Sensus communis.
Decretum & constitutio.
Lex Cæsarea.
Legum diuersitas.
Legum necessitas & utilitas.
Leges seuerius obseruatæ.
Leges neglectæ.
Nomophylaces.
Decalogus, & quæ circa hunc.
Lex moralis.
Lex quatenus abrogata sit.
Quid sit litera, umbra, figura, typus, uelum.
Quid sit species, corpus, ipsa res.
Libertas uera & Christiana.
Libertas noxia & carnalis.
Finis & uis legis.
Lex ceremoniarum.

Quis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [63] - 23v
PUBLIC DOMAIN

Quis ceremoniarum usus sit, & cur institutæ.
Tabernaculũ, constitutio, & ratio eius.
Templum. Arca. Candelabrum.
Aræ in tabernaculo.
Excelsa & aræ non in tabernaculo.
In uno loco immolandum.
Vasa tabernaculi. Oblationes.
Festa. Musica sacra.
Sacerdotium Aaronicum.
Sacrificiorum genera.
Sacerdotis summi uestis & officium.
Sacerdotum & Leuitarum institutio & officium.
Purificatio. Delectus ciborum.

¶ 3. De Deo loci.

Numen. Nomina Dei.
Deus est. Nullus Deus est.
Deus æternus, incomprehensibilis, infinitus.
Dei natura ac essentia.
Deus unus. Deus trinus.
De homousio.
De personis siue hypostasibus.
Deo patri quid proprium, & quid ei tribuatur.
Filio quid proprium, quid ei tribuatur.
Spiritui sancto quid proprium, & quid ei tribuatur.
Spiritus sanctus procedit ab utroq.
Spiritus sancti dona ac uires.
Deus creator omnium.
Deus omnipotens.
Deus summum bonum.
Deus uerax, & ueritas constans, & qui mentiri nescit.
Deus clemens & longanimis.
Deus iustus, ultor, puniens scelera.
Dei prouidentia. Præscientia.
Electio. Voluntas.
Fatum & necessitas.
Contingentia, Fortuna & Casus.
Deus operatur omnia.
Deus ordine & iusto iudicio agit oia.
Quatenus scrutanda opera Domini.
De rebus diuinis loquendũ sobrie, cum timore & pietate.
Contra quæstiones temerarias & curiosas.
Deorum cultura.
Deorum multitudo.
Dij factitij & falsi.
Ludi & sacra in honorẽ celebrata deorum.

¶ 4. De cultu Dei loci.

Religio in genere: & religio obseruata.
Ceremoniæ. Quis uerus dei cultus.
Sacrificia Deo placentia.
Neglectus religionis & impietas.
Impij & athei.
Peruersum de Deo iudicium.
Sacra profana.
Diuinatio. Auguria. Auspitia.
Sortilegia. Somnia. Astrologia.
Oracula. Responsa. Apparitiones.
Miracula & prodigia. Idololatria.
Idola nullus facit Christianus.
Adorare. Seruire. Colere.
Inuocatio nominis Dei.
Deus adest suis & auxiliatur.
Inuocatio diuorum. Templa.
Templa in honorem deorum erecta.
Imagines. Reliquiæ.
Miracula diuorum.
Aræ & sacra diuorum.
Sacerdotes phanorum.
Hymni deorum.
Cerei, & lampades.
Vota & anathemata.
Peregrinationes.
Supplicationes & litaniæ.
Decimæ. Festa diuorum.
Sabbatum Christianorum, & operum Dei consideratio.

¶ 5. De creatura.

¶ Creatura. Spiritus inuisibilis.
Angeli boni.
Angelorum officia & nomina.
Angeli mali. Cacodæmonis uis.
Satan deus huius seculi.
Diaboli regnum.
¶ Mundus.
Mundi constitutio, & quod non fuerit ab æterno.
Rerum omnium principium, seu materia prima. Natura.
Cœlum. Astrorum consideratio.
Ignis. Impressiones igneæ.
Aër. Venti. Impressiones aëriæ.
Aqua. Liquores. Mare. Lacus.
Paludes. Flumina. Fontes.
Thermæ. Terra. Terræmotus.
Metalla. Lapides & gemmæ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [64] - 24r
PUBLIC DOMAIN

Plantæ. Arbores. Frutices.
Herbæ. Radices. Olera.
Flores. Aromata.
¶ Animalia.
Terrestria. Reptilia. Aquatilia.
Natatilia. Marina. In aqua dulci.
Amphibia. Volucria. Insecta.
¶ Tempus. Lux. Tenebræ.
Dies. Nox. Hora.
Horologia. Annus. Menses.
Ver. Aestas. Autumnus.
Hyems. Tēporis iactura & nobilitas.

¶ 6. *De homine loci, primum quod ad animam: deinde quod ad corpus.*

Homo. Dignitas hominis.
Anima. Homo Dei imago.
¶ Animæ uires & potentiæ, Animales, Vitales, Naturales.
Sensus interiores. Phantasia. Sensus cōmunis. Ratiocinatio. Intellectus.
Memoria & reminiscentia.
Memoria insignis.
Oblitio insignis.
Sensus exteriores. Visus, & colores.
Auditus & soni. Olfactus, & odores.
Gustus, & sapores.
Tactus, & tactiles qualitates.
Somnus. Vigilia.
Affectus hominum.
Voluptas. Gaudium. Spes.
Ira. Metus. Dolor.
Hominis uires.
Vetus & nouus homo.
Liberum arbitrium.
Natura hominis. Peccatum.
Peccati & mali origo.
Peccati uis & effectus.
Peccati pœna & finis. Conscientia.
Peccatum originale.
Caro & concupiscentia.
Suggestio & Tentatio.
Peccatum Voluntarium, Coactum.
Cæcitas & Induratio.
Peccatum mortale.
In spiritum sanctum.
Vitium & error. Errare ex malitia.
Peccatum alienum, Clamans, Mutum.
Genius hominis & indoles.
Ingenij humani uis.
Ingenij tarditas, Præcocitas.
Insigne ingenium in deformi corpore.
Hominum ritus uarij.
¶ Corpus. Corporis partes, Internæ, Externæ.
Concoctio & digestio alimenti.
Hominis conceptus, Partus, Abortus, Prodigiosi partus.
Hominum mirabiles figuræ.
Aetatum gradus & propria, Infantia, Pueritia, Educatio, Adolescentia, Egregia & bonæ spei, Praua & dissoluta.
Iuuentus & uirilis ætas.
Senium. Senecta uiuida.
Senium præmaturum.
Senes uenerabiles.
Senilis prudentia, Imprudentia.
Vir. Mulier. Mulieres claræ.
Mulierem in genere aut uirginem quæ deceant: quæ matremfamiliâs.
Nobiles, & Nobilitas. Degeneres.
Qui humili genere orti euaserint uirtute clari.
Staturæ magnitudo.
Pulchritudo & dotes corporis.
Humanæ uitæ fragilitas.
Vitæ breuitas. Vitæ cupiditas.
Longæuitas. Morborū consideratio.
Insignis uitæ exitus.
Optimorum interitus.
Mortis consideratio.
Mors spontanea, Violenta, Subitanea, Prodigiosa, Cum insigni metu, Sine metu.
¶ Sepultura, & uarij ritus sepeliendi. Luctus. Exequiæ. Anniuersaria. Epitaphia.
Animarum apparitiones & colloquia cum hominibus.
Animæ immortalitas. An dormiat seperata à corpore. Inferi.
Pœnæ & tormenta impiorum.
Purgatorium. Paradisus.
Campi Elysij.
Resurrectio corporum, Palingenesia.
Vita æterna & sedes beatorum.
Gaudia saluatorum, & qualis beatitudo in cœlis. De æternitate.
An satan saluetur. Benedictio.
Maledictio.

¶ 7. *De Christo loci.*

Nomina Christi.
Christus Dominus præcipue uocatur.

Pro-

Promissiones de Christo.
Christus uerus Messias nobis est exhibitus.
Christus Deus.
Christus homo.
Duæ in Christo naturæ impermixtæ.
Vna in Christo persona inseparabilis.
Conceptus è spiritu sancto.
Natus ex uirgine.
Christus doctor uerus & unicus.
Doctrina Christi.
Christus exemplum uitæ.
Facta Christi.
Miracula Christi.
Christus passus est & mortuus.

Rex
Sacerdos
Liberator
Sacrificium
Intercessor
Mediator
Satisfactio.
Legis perfectio
Salus

} est Christus solus.

Christus est omnia.
Christus sepultus est.
Descendit ad inferos.
Resurrexit à mortuis.
Ascendit in cœlum.

His adiũgi possent loci qui ad sepulturam, inferos, resurrectionẽ, et uitam æternam pertinent: quos paulò ante circa finem Locorũ de homine posuimus: si quis hunc ordinem quàm illũ mallet.

Christus sedet ad dexteram patris.
De regno Christi cœlesti.
De regno Christi in terris.
Vltio Christi in hostes.
Defensio ecclesiæ Christi.
Victoria sanctorum.
Martyrium & cõfessio nominis Christi.
Christus iudex uiuorum & mortuorũ.
Signa præcedentia iudicium.
Mores postremi seculi. Christiani.
Christianismus, & eius antiquitas.
Christus est caput ecclesiæ.

8. De Ecclesia loci.

Ecclesia. Nomina ecclesiæ.
Synagoga. Vocatio gentium.
Repudium Iudæorum.
Resumptio. Iudæi.
Quotuplex ecclesia.
An erret ecclesia.
Boni & mali in ecclesia.
Quæ ecclesiæ authoritas.
Potestas ecclesiastica.
An iure dominentur, quibus commissa ecclesia.
De synodis. Censura ecclesiastica.
Cogere ad fidem in ecclesia.
Infirmi qui, & quomodo ferendi.
Ecclesiæ leges & constitutio.
Ecclesiastici ritus apostolici qui in templis retinendi.
Ritus superstitiosi & inutiles.
Opes ecclesiasticę, siue uectigalia sacra.
Vsus opum ecclesiæ.
Gazophylacium. Sacrilegium.
Simonia. Scholæ & studia.
Scholares & clerici, siue filij prophetarum.
Professores & ipsorum officia.
De stipendijs pendendis.
Curandi pauperes.
De hospitalibus.
De ualidis mendicis.
Ministri ecclesiæ.
Apostoli. Viri apostolici.
Prophetæ. Doctores.
Diaconi. Euangelistæ.
Electio & delectus. Missio.
Impositio manuum.
Officium ministrorum Verbi.
De externo & interno uerbo.
Vita & mores concionantium.
Familia ministrorũ, Studia, Lectio.
Ratio docendi, hortandi, consolandi, corripiendi.
Authoritas & existimatio ministrorũ.
Grauitas ministrorum.
Contemptus ministrorum.
Ecclesia malignantium.
Ecclesia hæreticorum.
Consortium mali. Antichristus.
Regnum Antichristi, Vires eius.
Pseudoprophetæ, & pseudapostoli.
Episcopi & doctores.
Doctrina corrupta ac blasphemiæ.
Primatus Romani pontificis.
Tyrannis & impietas Romani pontificis.
Vniuersitates.

9. De Sacramentis loci.

Signum. Veterum sacramenta.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [66] - 25r
PUBLIC DOMAIN

Circuncisio. Pascha.
Quid differant à nobis.
Vis & efficacia Sacramentorum.
Quid Deus, & quid minister in administratione sacramentorum, & quomodo.
De externa & interna sanctificatione.
Numerus sacramentorum.
Nimium & minimum tribuere sacramentis.
Institutio & author sacramentorum.
Nomina & figuræ.
¶ Baptismus. Regeneratio.
Baptismus Ioannis, Paruulorum, Hæreticorum. Anabaptismus.
Baptismus ignis.
Ritus baptizandi.
¶ Eucharistia. Nomina Eucharistiæ.
Quæ spectãda in hac, & quæ finis eius.
De usu legitimo, & digne manducantibus.
De præsentia Domini in cœna.
De indigne manducantibus.
De Missa, & à quibus sit instituta.
An Missa sit sacrificium.
An Missa sit applicanda pro uiuis & mortuis.
An pro quibuslibet uotis.
Qui errores, & quæ in Missa sint blasphemiæ.
¶ Pœnitentia.
Promissio & eius certitudo.
Euangelium. Euangelij nomina.
Gratia Dei.
Remissio peccatorum gratuita.
Conuersio. Recidiuum.
Correctio. Contritio.
Confessio peccatorum.
Confessio auricularis.
Claues, & ligandi soluendiq; potestas.
Absolutio. Satisfactio.
Indulgentiæ. Excommunicatio.
Receptio in cœtum, & reconciliatio.
Consortium. Contagio.
Fides sola iustificat.
Opera inutilia & hypocritica sunt sine fide.
Quomodo tribuatur operibus iustitia.
Ieiunium. Eleemosyna, misericordiæ opera.
Oratio. Preces publicæ.
Meritum & præmium.
Quomodo debeatur homini præmium.
Quis usus, & quæ ratio bonorũ operũ.
Confirmatio. Chrisma & oleum.
De catechisandis rudibus.
Ordo, Character.
Vide locum de Ecclesia.
Superstitionum ministri.
Votum, Violabile, Inuiolabile.
Monachi. Anachoritæ.
Monasteria. Solitudo laudata, Vituperata.
Viduæ. Virginitas.
Priuata uita an publica præstantior.
Vnctio extrema.
De morituris, quomodo instruendi consolandiq; sint.
¶ Matrimonium. Leges & instituta matrimonij.
Inuentor & author coniugij.
Matrimonium sacerdotum.
Cœlibatus probatus, Improbatus.
Ducenda uxor, Non ducenda.
Commoda coniugij, Incommoda.
Gradus prohibiti ad matrimonium.
Adulterium. Incestus. Stuprum.
Spurij. Diuortium.
Nuptiæ, & ritus gentium.
Conuiuia. Sponsalia.
Affinitas, Genus, Cognatio.
Familia. Coniugum officia.
Parentum officia.
Institutio & cura liberorum.
Castigatio moderata.
Officium liberorum, & quid debeant parentibus. Adoptio.
Cura rei domesticæ.
Proprietas rerum. Hæreditas.
Diuitiæ bonæ & malæ.
Paupertas laudata, Vituperata; Patienter tolerata, Impatienter.
Ex diuitibus pauperes.
Ex pauperibus diuites.
Diuites fuerunt etiam sancti.
Communio rerum.
Seruorum officia, famulorum.
De seruitute.

10. *De Magistratu loci.*

Magistratus omnis à Deo.
Obedientia quæ ei debetur.
Monarchia. Rex.

Aristo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [67] - 25v
PUBLIC DOMAIN

Aristocratia. Principes. Democratia.
Oligarchia. Respublica.
Regalia & Magistratus insignia.
Inuida regni societas.
Cupido regnandi.
Incolumitas & diuturnitas regni.
Translatio regni. Subuersio regni.
Captiuitas. Libertas.
Seruitus, Clemens, Dura.
Oppressio. Tyrannis.
Tyrannicidæ, et interitus tyrannorum.
Princeps bonus.
Ordines & classes.
Iudicis consideratio. Senatus.
Regni & reipub. officiales.
Vrbes, Arces, Villæ, Agri, Syluæ.
Publica ædificia.
Aquæductus. Spectacula.
Ludi. Epulæ.
Cursus & exercitatio iuuentutis.
Forum. Contractus.
Venditio. Emptio. Locatio.
Conductio. Mutuum.
Commutatio, seu permutatio rerum.
Depositum. Debita.
Actiones foreñ.
Possessiones. Merces peregrinæ.
Ne sit contagio in populo.
Leprosi, & Leprosaria, ut uocant quidam hodie.
Legum consideratio. Priuilegia.
Mensura & pondus. Aerarium. Moneta. Vectigalia, Tributa, & Exactiones.
Iusiurandum, & eius religio. An iurare liceat. Periurium. Testes.
Boni à malis calumnia oppressi.
Carcer. Quæstiones. Tormenta.
Animaduersio iusta & seuera in legum uiolatores. Proscriptio.
Infames quibus ex causis absoluti aut damnati. Qui quæ in alijs uindicarunt, ipsi commiserunt.
Exilium. Virgis cædere.
Supplicio corporis affligere.
Supplicia noua & dira
Animaduersio neglecta, impunitumq; malum.
Defensio innocentum.
Viduæ & pupilli. Tutores.
Patroni & aduocati.
Obliuio & intermissio rerum commissarum, & iniuria reipub.
Repulsæ. Testamenta.
Legata. Asylum.
De muneribus bonis aut pernicios is accipienti.
Munerum corruptela.
Munus honorarium & honestum.
Animus incorruptus à muneribus.
Personæ acceptio in iudicio.
Seditio. Conspiratio.
Seditionis ultio.
Simultas. Insidiæ.
Periculosa principum amicitia.
Pax & concordia.
Discordia. Fœdera & pacta, Sanctè seruata, Violata. Minæ.
¶ Bellum, Ciuile, & intestinũ, Hostile.
Causæ belli. Ius belli.
Bellum denunciatum.
Imperator. Imperator bonus.
Bellum Turcicum, & cum hostibus religionis.
Disciplina militaris.
Leges in bello non sileant.
Arma bellica. Strategemata.
Instruendæ aciei consyderatio.
Castra & castrametatio.
Obsidio. Oppugnatio.
Vigiliæ & custodiæ.
Monomachiæ memorabiles.
Pugnæ celebres.
Inducíæ, Seruatæ, Non seruatæ.
Victoria anceps & cruenta.
Felix & paucorum.
Insolens uictoria.
Fuga fœda. Fuga honesta.
Strages & clades.
Quæ strenuorum præmia.
Triumphandi ratio.
Coronarum consyderatio.
Quid faciendum post bellum.
De modo paciscendi.
De exercitatione rei militaris in pace.
De certaminibus & gladiatoribus.

II. De *artibus loci.*

Liberales. Quàm magni effectus artium.
Eruditio optimum uiaticum.
Literarum neglectus.
Philosophia laudata, uituperata.
Eruditio iusta.

Induſtria. Ocium literarium.
Imitatio. Exercitatio.
Stilus. Studium linguarum.
Bibliotheca, libri, & delectus authorũ.
Grammatica. Poëtica & poëtæ.
Fabulæ, fictæ narrationes.
Apologi. Hiſtoria. Sententiæ.
Adagia. Dicteria. Similia.
Collationes. Parabolæ.
Exempla. Apophthegmata.
Allegoria. Aenigma.
Dialectica. Rhetorica.
Eloquentia nata: Vſu acquiſita:
Affectata. Eloquẽtię uis & pręconia.
Infantia, Balbuties & Barbaries.
Pronunciatio. Arithmetica.
Geometria. Geographia.
Aſtronomia. Muſica. Iuriſprudentia, Iuriſprudẽs. Mathematica.
Phyſica. Metaphyſica.
Ethica. Politica.
Oeconomica, quorũ *loci aliquot ſupra in genere de ſacramentis poſiti ſunt.*
Medicina. Magia. Pictura.
¶ Mechanicæ artes.
Agricultura. Pecuaria.
Vites. Vinum. Horti.
Plantatio & cultus.
Molitores. Piſtores.
Fabri ferrarij.
Architectura. Aedificia.
Lignarij. Sutoria.
Sartoria. Lapicidæ.
Cementarij. Figuli.
Fuſores. Argentarij. Lanij.
Pannicidæ. Lanificium.
Textores. Nauigatio.
Piſcatores. Venatio.
Mercaturæ. Pharmacopolæ.
Vnguenta. Labor. Otium.

12. De *uirtutibus & uitijs loci.*

Virtus. Vitium.
Litera Pythagoræ ſeu biuium.
Pietas & reuerentia, In Deum, In patriam, In parentes, In cognatos, In benefactores. Impietas.
Superſtitio. Fides.
Chriſtiana fides. Perfectio.
Obedientia fidelium. Vis fidei.
Fides peruerſa. Simulata fides.
In patriam & rempub.
In cognatos & amicos.
In hoſtes ſimulata fides.
Fides ſeruata erga hoſtes.
Seruorum in dominos & contra, fides ſimulata.
Seruorũ in dños & cõtra, fides ſeruata.
Coniugalis fides ſimulata.
Seruata fides coniugalis.
Perfidia. Perfidi mulctati.
¶ Spes, In diuina, In humana, Rata, Irrita. Deſperatio.
Lubricitas humani animi.
Conſtantia Dei. Metus.
Timor Dei. Dubitatio.
Charitas ſeu Amor, In Deum, In parentes, In hoſtes.
Amor & amicitia.
Amor proximi. Amoris ſpecies.
Vera amicitia, Fucata, Seruata, Neglecta: Iuuenilis, Senilis: Vetus, Noua.
Philautia.
Odium Dei, Hominum, Bonorum, Malorum. Contemptus.
Scandalum ſiue Offenſio.
Inuidia. Aemulatio. Contentio.
Rixæ. Reconciliatio.
Qui ex inimicis amici facti ſingulares.
Irreconciliabiles. Beneficium.
Beneficium in patriam, In cognatos, In neceſſarios & bene meritos.
Beneficium hoſpitibus præſtitum, Dignis, Indignis, Inimicis.
Beneuolentia, & Benignitas & manſuetudo. Humanitas. Affabilitas.
Liberalitas, De ſuo, De alieno.
Hoſpitalitas. Peregrini & exules.
Frugalitas & parſimonia.
Sua ſorte contentum eſſe.
Auaritia & ſordes.
Vſura. Peculatus.
Rapina. Furtum.
Reſtitutio. Fraus ac dolus.
Alea. Lucrum ex ſcelere.
Proprij commodi ſtudium.
Reipub. ſtudium. Inhumanitas.
Aſperitas. Illiberalitas.
Inhoſpitalitas. Prodigalitas.
Gaudiũ & hilaritas. Riſus. Facetiæ.
Triſtitia & dolor. Cachinnus. Ineptiæ.
Gratitudo in Deum, In patriam, In cognatos, In benemeritos, In hoſtes.

Ingra-

Ingratitudo. Obliuio beneficij.
Veritas, Dei, Hominum.
Quæ promiseris præsta.
Quæ laudem merentur lauda.
Laus diuina, Humana, Tempestiua & iusta, Intempestiua.
Gloria & honor.
Ignominia & dedecus. Vanitas.
Hypocrisis. Mendaciũ officiosum.
Fama. Rumor. Lingua.
Obtrectatio & maledica lingua.
Calumnia. Contumelia. Proditio.
Suspicio. Derisio. Susurri.
Liberè dicta aut facta.
Sapienter dicta aut facta.
Vafrè dicta factaúe.
Veritas corrupta & obscura.
Adulatio. Loquacitas & garrulitas.
Taciturnitas. Malæ imprecationes.
Blasphemiæ. Non iurandũ omnino.
Iustitia, Diuina, Humana.
Iustus quis. Aequitas. Iniquitas.
Iniustitia. Iniuria illata. Non propulsata. Iniura accepta. Persecutio.
Persecutorum artes, furor, &c.
Interitus persecutorum.
Patientia, Laudata.
Cedendum in tempore & loco.
Patientia illaudata.
Animi tranquillitas ac uita beata.
Vita sanctorum afflictio.
Turpe est pati ob scelera.
Pugna Christiana. Arma Christiana.
Astutia & artes hostis nostri.
Impatientia. Obmurmuratio.
Querelæ. Tædium uitæ & laboris.
Prudentia. Scientia & cognitio.
Intempestiua & immatura.
Consilium prudens.
Vigilantia & solicitudo.
Imprudentia. Stultitia.
Consilij boni contemptus.
Phanatici & furiosi. Curiositas.
Somnolentia & incuria & negligentia.
Fortitudo, Publica, Domestica.
Magnanimitas. Constantia, & Perseuerantia. Temeritas & audacia.
Pertinacia. Inconstantia.
Pusillanimitas. Præsumptio.
Morositas. Celeritas & festinatio, Matura, Immatura.
Tarditas Laudata, Vituperata.
Opportunitas. Ira. Violentia.
Immanitas & crudelitas.
Parricidia. Latrocinia. Veneficiũ.
Homicidium. Clementia.
Temperantia & sobrietas.
Modestia & humilitas.
Intemperantia, Luxus.
Voluptas, Mollities.
Fastus & superbia. Arrogantia.
Ambitio. Inanis gloria. Iactatio.
Cultus corporis. Ornatus Christianorum. Sanitas & cura sanitatis.
Balnea. Splendor & luxus in cultu.
Sordicies. Rusticitas.
Incuria ualetudinis. Edacitas, crapula. Fames & sterilitas.
Fertilitas. Sitis. Ebrietas.
Vinum. Libido siue Venus.
Fera et detestãda. Amatores insignes.
Verecundia, Honestas, Decorum.
Pudicitia, Iuuenilis, Senilis, Virilis, Fœminea, In dictis & factis, Laudata, Vituperata.
Impudentia, Indecorum.
Scurrilitas. Obscœnitas. Petulantia & lasciuia. Choreæ.
Scortatio. Fornices.

Hactenus materiam locorũ enumerauí, circiter 950. quorum ordinis ratio ad theologiam magis quàm philosophiã ab authore composita est: facile autem ad suum quisq; captum & institutũ accommodabit.

¶ De Locorum cõmunium usu aliquid præfati sumus in Græcos locos communes Antonij monachi et Maximi.

Locorum communium usus ex poëtis, Albertus Eyb. Vide in Ethicis, ubi recensentur sententiæ collectæ de uirtutibus, &c.

¶ Codex quidam Græcus Romæ extat in Vaticana bibliotheca, sine principio & fine, continens πολλὰ ἀπαν-θίσματα.

Ex præfatione authoris innominati in Pharetram fidei, impressam olim in magno fol. In conuersionis meæ primordio cum pro mentis recreatiõe sanctorum auctoritates legerẽ, &c. uisum est excerpere aliqua quę postmodum diligentius ordinarem. Quatenus quæ ad deuotionem & prædicationẽ, uel etiam

ad disputationem utilia forent, possent ibidem facilius inueniri, &c. Opusculum etiam præsens uolui Pharetram appellari: quia sicut in pharetra balistariorum diuersa iacula reponuntur, quibus hostis hostem suo tempore ferit, uulnerat, & deuincit: sic etiam in hoc libello uariæ, fortes, & multæ ponuntur & inueniuntur auctoritates & dicta sanctorum doctorum, & aliorum philosophorum, & poëtarum fide dignorum, quas si lingua pariter & manu firmiter tenuerimus, antiquum hostem nostrũ, id est, diabolum, & nouum etiam inimicum, id est quemlibet peccatorẽ quantocyus deuincemus, &c. Istud opus secundũ ordinem alphabeti distinguitur. Ab initio ponuntur ordine literarum, nomina authorũ & librorũ ex quibus hæc Pharetra congesta est, deinde eodem ordine capita totius operis. Omnia sanè ex optimis, non barbaris, scriptoribus collecta sunt. Quare nos etiam suo quæq; loco citauimus.

Liber moralitatum elegantissimus magnarum rerum naturalium, Lumen animæ dictus (sic habet inscriptio) impressus in folio, anno 1479. nec authoris, nec loci ubi excusus est, nomine expresso. Collectus est sanè ex optimis authoribus, quorũ multi in lucem nondum prodiuerunt.

Concordantiæ biblicæ maiores, & minores.

Flos theologiæ.

Florilegiũ ex diuersis opusculis M. N. Authoris nomen per has literas puto designati, non intelligo.

Epistolę D. Augustini et Cęcilij Cypriani generalia quædam argumenta tractant: ut quasi loci quidam communes uideri possint: sicut & multorum aliorum epistolæ, quas supra memorauimus.

¶ *Pars 6. Scriptores aliquot locorum communium, ordine alphabeti.*

Antonij Angli loci communes 19. ex patribus.

Antonius Coruin. apophthegmata D. Erasmi in Locos digessit.

Antonij Coruini Loci sacri ex Augustino & Chrisostomo.

Antonij monachi Melissæ siue Locorũ ex Græcis theologis & profanis scriptoribus partes 2. quarum prioris interpretationẽ Latinã nos dedimus, posterioris Ioan. Ribittus. Loci omnes sunt 175. Extant etiã ab alio quodam monacho Flores ex diuersis authoribus congesti, Romæ in Bibliotheca Vaticana.

Antonij Rampigolli Biblia aurea.

Conradi Pellicani Index Bibliorũ, qui communium locorum rationem magis habuit quàm uulgatæ Cõcordantiæ: & propria nomina diligentius posuit.

Flores ex operibus S. Bernardi per Locos digesti, & impressi.

Christophorus Hoffman Locos quosdã communes sacros tractauit in libris tribus de pœnitentia.

Conradi Lycosthenis Rubeaquẽsis Loci communes uarij & copiosissimi: quos breui in lucem uenturos spero & opto.

Des. Erasmi Chiliadum prouerbia, per Locos disposita, in Tabula ab initio operis.

Chiliadum Erasmi Epitomen secundũ Locos pugnates quidã cõscripserũt.

Erasmi Sarcerij Loci comm. theologici, cum solutionibus contrariorum. Alios etiam locos sacros tractauit in Dialogo de ueterum synodis. Idem locos sacros ex Augustino in metho dum redegit.

Dominicus Nanus Mirabellius Polyantheã scripsit, ex sacris & profanis authoribus.

Georgius Maior Locos communes ex poëtis collegit.

Idem Similia Erasmi in locos redegit.

Hanapus locos sacros è Bibliis adornauit.

Hermanni Bonni exempla sanctorum, quibus adijcitur index secundum locos communes.

Hermanni Bodij loci communes ex sanctis patribus, in Vnione dissidentiũ.

Epitome sapientiæ siue Loci com. ex sacris & prophanis authoribus Hieremiæ Paduani.

Iacobi Magni Sophilogium, id est, loci com-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [71] - 27v
PUBLIC DOMAIN

cõmunes ex sacris & profanis authoribus optimis.

Io. Eccij enchiridion Locorum communium Theologicorum.

Io. Stobæi collectanea, id est, Loci communes Græci 123. Eosdem nos Latinitate donauimus, & breui iterum ad uetusta manuscripta exemplaria infinitis locis castigatos & auctos dabimus.

Ioan. Galensis Manipulus florũ, quem Thomas Hibernicus perfecit.

Io. Pechani ex utroq; Testamento Loci.

Lucij Domitij Brusonij, facetiarum exemplorũq; libri 7. per locos digesti.

Marci Marulli Euangelistarium & libri 6. de religiose uiuẽdi instituto locos communes ex Biblijs tractant.

L. Annei Senecæ epistolæ multos quasi locos comm. in philosophia tractant.

Maximi Loci Græci 71. ex sacris & profanis, cum Antonij monachi Melissa æditi adiuncta interpretatiõe nostra Latina.

Maximus Planudes epigrammata Græca per locos digesta castrauit. Vide in primo Tomo.

Macharius quidam monachus collegit flores ex uarijs authoribus.

M. Val. Martialis epigrammata castrata, in locos 86. per nos distincta sunt.

Mercurij Viperæ libri 15. Enarrationũ diuinarũ & humanarũ rerum, plurimos communes locos tractant, citatis authorum sententijs. Eiusdem alij libri 15. de priscis & sacris institutis Varia & Moralia tractant, haud scio an similiter per locos.

Otho Brunfelsius ædidit Pandectas sacras per locos in utrunq; Testamentum: cum indice Locorum ab initio, ex quo nos potiores tantum in hoc opus transcripsimus.

Philippi Melanchthonis Loci communes, siue Theologicæ hypotyposes.

Raphaël Volaterr. locos aliq̃t ex Græcorum sententijs collegit à libro 28. usq; ad librum 32. inclusiue.

Thomæ Hibernici manipulus florum, quem inchoauerat Io. Galensis, ex libris 36. authorum.

Valerius Maximus exempla illustrium uirorum in factis dictisq; memorabilibus per Locos communes posteris tradidit. Locos & ordinem Valerij Marcus Ant. Coc. Sabellicus, & Baptista Fulgosius pulcherrime imitati sunt.

Xysti Betulei Symphonia, siue index Græcus in omnia noui Testamenti uocabula.

¶ Pars 7. De Bibliothecis, id est, catalogis scriptorum, ordine literarum: deinde etiam de locis librorum custodia insignibus, & structoribus eorum. Et primũ in genere quædam ad libros pertinentia.

¶ Adespota, Cælius 10.2.

Paratitla, titlaria, Cælius 9.10.

Ad umbilicum perducere quid, Cælius 15.20.

Catalogi libri & tactici, Cælius 21.31.

Mos nihil mandandi literis, Cælius 10.1.

Scriptum, Octauian. Mirand.

Qui primi libros ædiderint, Polydorus

De prima Bibliotheca, ibidem. (2.7.

Quis omniũ primus libros publice præbuerit legendos, quantusq; numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in Bibliothecis publicorum, Gellius 6.17.

¶ Alberti Magni de antiquis authorib. astronomiæ liber.

Amphicrates de uiris illustrib. scripsit, Athenæo teste.

Apollodori Athenien. Bibliothecæ pars etiamnum extat.

Beda de scriptoribus ecclesiasticis, continetur in Honorio eiusdẽ argumenti libro, Honorius in nostro.

Bernardinus Rutilius de uitis & scriptis iurisconsultorum ueterum.

Callimachus scripsit tabulas, in quibus nominat omnes qui in ullo eruditionis genere præcelluerunt, & scripta eorum recenset, libris 120. Suidas.

Gennadius de scriptorib. ecclesiasticis.

Hesychij Milesij catalogus uirorum in literis illustrium.

Hieronym. de scriptorib. ecclesiasticis.

Honorij de scriptoribus ecclesiasticis librum, Ioan. Trittemius in suum transtulit. Nos diligenter contulimus, & si quæ deerant in Appendice primi

Tomi addidimus.

Iacob. Rueff, urbis noſtri chirurgus, nuper hic ædidit tabulam, qua Aſtrologorum nomina permulta continentur, & uiriles facies ſingulis nominibus cũ diuerſis aſtronomicis inſtrumentis eleganter pictæ ſubijciuntur, cum metris Germanicis.

Ioan. Fichardus de uitis & ſcriptis iure-conſultorum, qui poſt annum Domini 1190. claruerunt.

Eiuſdem indices duo omniũ in utroq; iure ſcriptorum, à ueteribus & recentioribus iuriſconſultis ad hæc ferè tempora æditorum. Hi ſuo loco integri, ſed aucti, partitionibus noſtris inſerentur.

Io. Trittem. de eccleſiaſticis ſcriptoribus. Eiuſdem de illuſtribus Germaniæ ſcriptoribus liber. Nos ambos ferè integros partim primo Tomo noſtro, partim eius Appendici, inſeruimus.

Iſidorus de ſcriptoribus eccleſiaſticis: tranſcriptus ab Honorio in ſuum catalogum.

Lilij Gregorij Gyraldi hiſtoria poëtarũ. Liber optimus.

Martini Lutheri iudicium de eccleſiaſticis doctoribus.

Megacles de uiris illuſtribus (neſcio an ſcriptoribus, nihil enim aliud reperio) citatur ab Athenæo lib. 10.

Nicolaus de Cuſa circa Cuſam uillã ubi natus eſt, ad ripas Moſellæ, è regione Vrſicaſtri, hoſpitale celeberrimũ S. Nicolao dedicauit, idq; prędijs et redditibus dicauit, ac libris in quauis ſcientia pluribus exornauit, Græcis, Latinis, & alijs. Io. Trittemius.

Nicolaus Gerbelius congeſſit collectanea quædam de ſcriptoribus Græcis, ego materiam futuri operis uidi, adhuc indigeſtam.

Othonis Brunfelſij illuſtrium medicorum catalogus.

Petrus Crinitus de poëtis Latinis.

Philippi Melanchthonis cenſura de eccleſiaſticis doctoribus.

Philippi Riboti Cathalani index de illuſtribus uiris Carmelitani ordinis, à Ioan. Trittemio, ni fallor, translatus in ſuum.

Philon Biblius Græce ſcripſit de comparandis & eligendis libris, Suida teſte: ut opus authori ſuo tanquam philobiblo conueniat.

Photij patriarchæ magnum uolumen Græcũ de libris, quos ipſe legit, extat in Italia, nondum publicatum.

Raphaël Volaterranus in Anthropologia inter cæteros doctorũ aliquot uitas & ſcripta commemorat, ordine literarum.

Sigeberti de ſcriptoribus eccleſiaſticis librum, Io. Trittemius puto integrũ ſuo interpoſuit.

Symphorianus Campegius de ſcriptoribus medicinæ.

Sophronius Græce reddidit Hieronymi librũ de ſcriptoribus eccleſiaſticis.

Suidas in dictionario ſuo Græco multas paſſim doctorum hominum uitas & ſcripta enumerat.

¶ Chriſtianus Herlinus & Iacobus Berdotus compoſuerunt indicẽ alphabeticum authorum omnium, & quid quisq; ſcripſerint, quos Athenæus citat. Alij etiam in alios authores ſimiles tabulas condiderunt, ut in Pollucem, Strabonẽ, Stobæum noſtrũ, &c.

¶ Auguſtini librorum Indiculum ſcripſit Poſidonius, & aliũ Iacobus Genaeñ. Cl. Galenus de libris propriis. Eiuſdem & Hippocratis librorũ numerum, & ordinẽ Iacobus Syluius deſcripſit.

Hieronym. Cardanus de libris propriis.

Catalogi duo operum Deſ. Eraſ. Rote. ab ipſo cõſcripti & digeſti: cum præfatiõe D. Bonifacij Amerbachij I. C.

¶ Iam hæc perſcripſerã, cum rurſus quę ſequũtur huic Titulo addenda ſe mihi obtulerunt.

Angelus Politianus 1. 15. de authore Sybaritidos, & Sybariticis libellis.

Angelus Decembrius in Politia literaria multa ſcripſit, quæ ad hunc Titulum pertinent, qualia ſunt:

De Græcis authoribus, qui magis opportuni, 1. 8.

De noſtræ tempeſtatis auctoribus quædam breuiter, Ang. Decemb. 1. 9.

De plærisq; librorum ineptijs, et apocryphis indigne ſuppoſitis, 1. 10.

De

De bibliothecæ politiæq; literariæ commendatione, deq; nostrę tempestatis ignauia ueterum comparatione qui literarum studia maxime coluerunt, parte 16.

De bibliothecarum seu librorũ omniũ ornatu instrumentoq;, qui apud doctissimos magis necessarij cognitu recensentur, libro 1. & 2.

De librorum bonitate quędam egregia, parte 60.

De libris Italici sermonis ad quid exercendis, 1. 6.

Cælius Rhodiginus de libris Thyticis, 27. 14. De onirocriticis, ibidem. De libris improbatæ lectionis, 9. 23.

Christophorus Friburgeñ. Heluetius iuuenis doctissimus (cognomẽ non occurrit) in opere quodam Chronicorum opinor, doctorum aliquot lucubrationes recẽset, prout diuersis singuli temporibus claruerunt.

Hieremias Paduanus de authoribus scientiarum, & libris eorum, 3. 3. 2.

Ioã. Ferrerij Pedemontani Bibliotheca omnis generis scriptorum, nondum ædita.

Lilius Greg. Gyraldus de Argonauticorum scriptoribus, pag. 540. libri de poëtis.

Petrus Crinitus 7. 4. Qui de ingenio dæmonũ scripserint. Et 3. 5. Qui maxime apud Latinos de sacris & pontificijs uerbis scripserint.

Plydorus Vergilius 6. 2. Qui diuorum uitas scripserint.

Robertus Valturius in prooemio libri 2. Quòd maximi duces historiã scripsere.

Vuolfgangus Lazius Rerũ Viennensium lib. 3. cap. 5. Qui uiri docti & æditis libris clari è Viennensi gymnasio prodiuerint.

¶ *Catalogi scriptorum, qui quoniam in libris nõnullis uarij authores citantur, à fronte illorũ præfixi habentur.*

In Athenæum. In Pollucem. In Strabonem.

In Plutarchum de uitis, ad finem Basiliensis æditionis Latinæ.

In Isacij Tzetzis commentarios in Lycophronem.

Stephanus in dictionario suo Geographico multos passim authores citat, quorũ multi nusquã alibi nominant.

Vide indicem in Laërtium de uitis philosophorum.

Vitæ doctorum aliquot uirorũ, in quibus etiam scripta eorũ continentur, à diuersis authoribus æditæ, in uolumine impresso Francfordiæ in 4.

Scripserunt autem multi doctorum hominum uitas, uel plurium, uel singuli singulorum: quarum in Historicis mentionem fecimus.

Bibliothecam nostrã nominare hic non opus est, nisi eam ob causam tantum, ut indicetur, ex omnibus ferè iam nominatis libris, qui modo extent, eam concinnatam à nobis esse, quod facile animaduertent Lectores in primo Tomo & eius Appendice. Habeo præterea collectanea scriptorum in Germanica lingua, quæ etiam ipsa, si uitam Deus opt. max. eousq; promouerit, aliquando ædentur.

¶ *Quibus in locis, uel à quibus institutæ celebres quædam Bibliothecæ sint.*

Francisci Gallorum regis Bibliotheca Fontebellensis, multis & raris præcipue Græcis exemplaribus instructissima fertur. Laudandum est sanè huius regis institutũ, qui primus in Gallijs magno animo bonas literas promouit, professores in clarissimis linguis Latina, Gręca, Hebraica & Arabica publicos constituit: & typographum qui optima quæq; Latina & Græca exẽplaria cuderet, fouere uoluit: deniq; pulcherrimam bibliothecam conquisitis undiq; optimis libris instituit. Vtinam nostri seculi principibus, quorum magna pars uitã aut in uoluptate turpiter, aut in bellorũ studijs miserè cõsumit, idem qui laudatissimo quondã Cæsari Antonino animus esset, cuius aureũ hoc de seipso dictum fertur: Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσιν: ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος.

Vaticana siue Palatina Pontificis Romani bibliotheca, ingentem bonorũ librorum suppellectilem condit.

Medicum bibliotheca Florentiæ multis iam annis celebrata est.

Bibliothecæ S. Saluatoris & S. Domini ci Bononiæ non paucos optimos libros habent.

Clarissimæ Græcis & Latinis codicib. Bibliothecæ Venetijs sunt, primum à Bessarione Cardinale relicta, ad S. Marcum ni fallor: deinde S. Antonij, & SS. Ioannis & Pauli.

Diegus Hurtadus à Mendozza, Caroli V. Cæsaris apud Venetos legatus, excellentem Bibliothecam instruxit.

Illustrissimi Saxoniæ duces, Io. Friderî cus Vitebergæ, Mauricius Lipsiæ in collegio Paulino, instructissimas Bibliothecas nuper constituerunt.

Albertus Marchio Brandenburgensis dux Prussiæ ab egregia in Monteregio Bibliotheca institutа plurimum laudatur.

D. Othonem Henricum principem Palatinum plurimos libros colligere audiui: item Io. Iacobum Fuggerũ Augustæ Vindelicorum.

Ad S. Victorem Parisijs magnã exquisitorum etiam uoluminũ copiam seruari fama est.

Richardus de Bury Dilmelmensis episcopus, Eduardi Anglorum regis 3. cancellarius scripsit Philobiblon de instituta à se Bibliotheca in Anglia.

Matthiæ regis Vngarię Bibliotheca Budæ instructa, misere periit: ut in præfatione in primum Tomum conquesti sumus.

Cœnobia quædam monachorum, Benedictinæ professionis & Carthusianæ præcipue, ut audio, bibliothecas pulchre instructas habent: quæ autẽ illorum magis excellant, iam nõ succurrit.

In Atho celebratissimæ bibliothecæ sũt, ut scribit M. Antonius Antimachus in epistola ad patrem, ubi præfatur in translationem suam Gemisti Plethonis. In Parnasso siue cœnobio quodam eius montis etiam multa & rara extare rumor est, nescio quàm uerus.

Constantia urbs clarissima ad lacum Acronium, quem Rhenus influit, non exiguam Bibliothecam habet, & foret multò maior, nisi in Concilio ante annos 100. & supra, illic congregato, Itali currus etiam libris onustos auexissent. In eiusdem lacus insulis cœnobia sunt, quæ adhuc raros quosdam libros custodiunt.

Basileæ in magna ecclesia, & ad S. Leonardum non uulgares Bibliothecæ sunt. Spirensem quoq; locupletissimam esse fama est.

Senatus Augustæ Vindelicorum non paucos nuper libros Græcos, quorũ plærique nondum excusi sunt, in publicam Bibliothecã ex Italia coẽmit. Nos Procopij cõmentarios optimos in Octateuchum ueteris Testamenti nacti ex ea sumus, quos Conradus Clauserus noster in Græca lingua exercitatissimus Latinos facit.

Bernensium in Heluetia senatus, & Argentoratensium ad Rhenum, Bibliothecas publicas magna cũ laude nuper instruere cœperũt. Non contemnenda est etiã Tigurina nostra, quan quam typis tantum excusos habeat.

De bibliothecis diuersis uide Athenæũ primo folio libri 1.

De claris ueterum bibliothecis copiose dixi statim ab initio præfatiõis in primum Tomum: ad quam remittimus Lectorẽ. Hoc tantũ in præsentia addendum est, Q. Serenum Samonicũ sexaginta millia librorũ, id est, suam Bibliothecã Gordiano ex Testamento reliquisse: ut scribit Iac. Faber Stapulensis in Annotationib. super octauo Politicorum Aristotelis. Vide in Orthographia Io. Tortellij in B.

Epaphroditus Neronis libertus trigínta millia librorũ possedit, Leonicen. 3. 34.

De indicibus in Bibliothecas parandis supra dictum est.

De Bibliothecæ & scribendi instrumentis, uide supra in ultima parte primi Tituli.

¶ *Pars 8. De mirabilibus.*

Antequã finem faciamus Loci, quẽ de Varijs inscripsimus, pauca quædam de mirabilibus dicenda superſunt: ad multa enim huius uocabuli usus se extendit,

tendit, de singulis alibi latius dicet, hic in genere quæ inciderint annotasse sufficiet. Mirabilia igitur uocamus, aut artium noua & egregia inuenta: aut naturæ opera quædam, monstra præsertim, aut alioqui rara. Mirabilia etiam dicuntur, quæ quaq; in re uehementer excellunt (rara enim sunt) quamobrem mire & mirifice pro uehementer uulgaris sermo usurpat: & paradoxa, id est, quæ inopinata & præter expectationẽ fiunt quauis in re. Item ea, quorũ causas satis reddere non possumus, ut diuina, & alia quædam: nam & in naturalibus huiusmodi multa sunt: etiamsi nõ rarò, sed frequenter aut semper eueniant. Sic admirabile opus uocamus, quod dignũ sit contemplatione: & admiratio atq; dubitatio philosophiæ quędam initia sunt, ut finis eiusdem nihil uel pauca admirari, tanquam perspectis iam causis: unde Horatius in epistolis,

Nil admirari propè res est una Numici,
Solaq; quę possit facere et seruare beatũ

Historias mirabiles & euentus inopinatos, partim in Historicis, partim in loco de fortuna reperies.

Aristoteles & Trophilus mirabiles narrationes scripserunt. Quanquã Stobæus ex eodem libro qui Aristoteli tantũ uulgo tribuitur sentẽtias quasdam, nunc sub Aristotelis, nunc sub Trophili nomine citet.

Pasiteles, qui admirabilia opera scripsit, à Plinio allegatur.

De rebus uulgo incognitis Galeatius.

De rebus mirabilibus libri 2. Rutgeri.

De rebus admirandis Alexander ab Alexandro, I. C. Neapolitanus. Alij etiam qui uaria scripserunt, quos in prima huius tituli parte nominauimus, multi res quasdã mirabiles passim recitant.

De ijs quæ ex tota substantia agunt, siue quorum causæ reddi non possunt, liber Cl. Galeni non extat. Pleræq; autem quæ gemmis attribuuntur uires, si quæ sunt, eiusmodi sunt.

Antonij Lodouici libri quinq; de occultis proprietatibus. Secretorum libri quidam insulsi & impij Alberto Magno attribuuntur.

Experimenta Ioachimi Ringelbergij.

De mirabilibus Fridericus Nausea.

Gilberti Cognati Narrationum lib. 3.

Geographi multa mirabilia habent, quod uel hominũ figuras, uel ritus, uel regionum aut cœli aut maris naturam attinet, aut in regione contentorũ, animalium, stirpium, lapidum, &c. Huiusmodi multa apud Strabonem, Herodotum, Pausaniam, Heliodorũ in Aethiopicis, & historicos quosdam legas. Huc maxime pertinent libri illorum, qui nostro seculo de nouo orbe scripserunt, ut Petri Martyris: item qui Septentrionales ad Europam regiones & insulas, ut Iaco. Zieglerus, & qui Mappam, id est, tabulam in eadem cõposuit, cum multis alijs admirandis, tum nouis terrę marisq; animalium figuris plenam. Quo nomine nostra quoq; animalium historia propter marina, quæ mediterranei mirantur, & multa alia peregrina, huic loco adnumeretur.

Symphorianus Camperius eques libellum ædidit de fluuijs & fontibus admirabilibus Galliæ: quem Claudius eius filius è Latino Gallicum fecit.

Antiquæ imagines & inscriptiones etiã inter admirabilia referantur, de quibus in Historicis ex professo dicetur: antiqua deniq; omnia: cum ut peregrina loco, sic ista tempore nobis remota, & insolentia.

Fabulæ etiam, & fabulosæ & poëticæ historiæ, huius classis fuerint. Fabula enim (inquit Aristoteles in libro de poëtica) ex admirabilibus est.

Aenigmata quoq; non prætereunda hic uidentur: ut recte admirabilia uel in rebus, uel in historijs, uel in uerbis (ut fabulas & ænigmata) posita esse definiamus, quæ uel rara, & inusitata, aut saltem quod ad causas incognita fuerint. Res quidem ut admirabiles sint, iucundas etiam esse oportet: nam supra modũ turpes aut noxias res presentes quis admiretur potius, quàm fugiat ac detestetur? Quoniam cum contemplatione, & animi immorari desyderantis uoluptate quadã, coniuncta est admiratio. Easdem uero absentes, cum uel pictura uel uerbis ob oculos nobis ponuntur, ut

ſerpentium imagines, nõ illibenter contemplamur: ut omnia quæ imitatione conſtant qualiũcunq; rerum, ut ſunt comœdiæ, tragœdiæ & aliæ formæ poëtices. Græci ni fallor τὸ θαῦμα quaſi θέαμα dixerunt, quod quis maxime ſpectare & contemplari uelit. Sed in præſentia de mirabilibus per genera dictũ ſit, ſingulatim uero alias.

DE PVRITATE ET ELEgantia linguæ Latinæ, quæ partim in ſingularum dictionum delectu ſpectatur, partim in compoſitione uocum, Titulus XIIII.

ELegantiarum ſcriptores qui fugiendi, ex Iacobi Lod. Strebæi li. 1. cap. 4.

Non defuerunt & qui memoriæ literarum componendi leges, & collocandi præcepta mandarent. In illis principatũ obtinuit Auguſtinus ille Dathus, & quidam Petrus Niger, ornamẽtis orationis (ut ſibi uidebatur) admodum candidus. Horum uenuſtatẽ nitoremq; poſteriores uehementer admirati, ſcripſerunt, alij progymnaſmata, alij enchiridia, alij loquendi formulas, alij inelegantes elegantias, alij quaſdam ſuas obſeruationes, quas tum teneræ ætati, tũ mediocriter eruditis perutiles aſſerebant. Et rurſus paulò poſt. Nullum eorum qui libellos iſtos ædiderunt, artes oratorias aut intellexiſſe, aut ſaltẽ legiſſe contendo. Si fortè legiſſent, nunquam certe quidem commiſiſſent, ut hoc nouum et inſolens & inauditum legũ genus conderent. At præclare nõnulla ſcripſerũt. Quis negare poteſt? Nullus eſt tam malus liber, in quo non ſit aliquid boni: ſed magno conſtitit, quicquid illud fuit. Innumerabiles tum pueros tum uiros bene collocandę dictionis percupidos, nomine facilitatis & nitoris illuſerũt, &c.

Elegantiarum L. Vallæ libri 6. cum libello de reciprocatiõe, Antonij Mancinelli lima, & Aſcenſij compendijs in ſingula capita.

Eiuſdem L. Vallæ, in Antonium Raudenſem adnotationes. Item actus ſcenicus in Poggium Florentinum.

Cenſuræ & annotationes Io. Theodorici Bellouaci in L. Vallæ libros 6.

Elegantiarum Adipem ex L. Valla Bonus Accurſius concinnauit.

In elegantias L. Vallæ epitome & paraphraſis Deſ. Eraſmi, operum eius Tomo 1. Exiuit etiã ſeorſim aliquoties, & cũ farragine ſordidorũ uerborũ.

In L. Vallam Gybertus Longolius, Aurelius Bionatus.

Elegantiæ portus, Ant. Mancinelli.

Mancinelli Lima in Io. Tortellium.

Elegantiarum flores, Aug. Dathi. Vide Strebæi iudicium ab initio huius Tituli.

In Elegantias Aug. Dathi, Commentarius Iodoci Clichthonei.

Latini ſermonis Elegantiæ per Hadrianum Cardinalem.

Elegantiæ maiores, Iacobi Vuimpfelingij.

Elegantiæ de proprio uſu uocum, Ioachimi Ringelbergij.

Farrago ſordidorum uerborum Cornelij Croci.

De reparatione linguę Latinæ, M. Ant. Sabellicus.

De linguæ Latinæ cauſis libri 13. Iulij Cæſaris Scaligeri.

De Latini ſermonis obſeruatione Ioan. Godſcalcus.

De Latini ſermonis uario modo loquendi, Maturinus Corderius.

Compendiaria uia ad Latine loquendum, Alexandri Citolini.

Latinarum locutionum formulæ tribus libris, Steph. Doleti.

De cõmoda & perfecta elocutione, L. Vitruuij Roſcij.

De proprietate ſermonis Agrætius.

De ſermone, Io. Lud. Viues.

Verbis antiquatis nõ utendum, P. Fauſtus Foroliuienſ. Vide plura in proximo titulo de Imitatione.

De obſtruſis ſermonibus Fulgentius.

De optimo genere interpretandi, Hier. Stridonenſ. Operum eius Tomo 2.

De linguarum translationibus, Steph. Doletus.

Exempla quædam translationis è Græco in Latinum, uide Titulo 15.

De politæ orationis ſolutæ examinatione, Angel. Decemb. parte 69.

Decem uerba ex communi uſu Latine loquen-

loquẽtium minime Latina, Gel. 8.2.
De literaria politie, Angeli Decembrij libri 7.
Oratoria progymnasmata Fr. Syluij.
Super Vocabulorũ proprietatibus seu improprietatib. aduertendis p. Guarinum Veroneñ. Ang. Decembrius parte 26.
De proprietate uel improprietate nominum, parte 27.
Verborum, parte 28. Aduerbiorum, parte 29.
De Latinæ linguæ facultate (per Guarinum Veroneñ.) ac de sermonib. homonymis seu æquiuocis, apud Virgilium præcipue, commentatio, &c. Ang. Decemb. parte 30.

¶ *Authores antiqui in tres acies explicati, quorum maxime uerba, elocutionem & stilum, posteriores imitanda sibi ad elegantius scribendum proposuere. Mutuati autem sumus diuisionem hanc ex Basilij Zanchi uerborum Latinorum Epitome.*

M. Tullius Cicero.
Iul. Cæsar.
Terentius.
Corn. Celsus.
Columella.
Q. Cicero.
A. Hircius.
Cornificius.
Corn. Nepos.
P. Syrus.
Salustius.
Author incertus, Libri v 1. de bello Hispaniensi.
M. Varro.
M. Cato.
Plautus.
Asconius Pedianus.
Liuius.
Portius Latro.
M. Vitruuius.
Hyginus.
Põponius Mela.
Rutilius Lupus.
Quintilianus.

¶ *Secunda acies.*

Catullus.
Virgilius, in Lusibus.
Tibullus.
Horatius.
Authores diuersi, Lusuum in Priapum.
Lucretius.
Propertius.
Ouidius.
Gratius.
Germanicus Cæsar.
Cornel. Seuerus.
C. Pedo Albinouanus.
M. Manilius.
Aug. Cæsar.
Clodius Sabinus.

¶ *Tertia acies, eorum, quorum scripta non extant.*

C. Heluius Cinna.
L. Varius.
T. Valgius.
M. Furius Bibaculus.
C. Asinius Gallus.
Domitius Marsus.
Iulius Montanus.
Cn. Getulicus.

DE IMITATIONE ET *stilo, Titulus* XV.

DE stili inuentione, Ioan. Petrus Pascutius.
Authorum quos præcipue imitari conueniat catalogus, proxime iam appositus est.
De optimo genere interpretãdi, Hieronym. Stridoneñ. operũ eius Tomo 2.
De optimo genere interpretandi oratores librum promisit Ioachimus Perionius: Qui & in Ethica Aristotelis cõmentarios scripsit, ubi de conuertendis Græcis in Latina exempla & præcepta traduntur.
Paraphrasis, metaphrasis, ecphrasis, Cælius 26.27.
De linguarum translationibus Stepha. Doletus.
Quis modus sit uerba uertendi in Græcas sententias, deq; his Homeri uersibus, quos Vergilius uertisse, aut bene, apteq;, aut improspere existimatus est, Gellius 9.
Ex symposio Platonis sumpta uerba numeris coagmentisq; uerborum scitè, modulateq; & apte exercendi gratia in Latinã oratiõnẽ uersa, Gel. 17. 20.
Videndum quo stilo ad quem scribas, Marsilius lib. 8. epist. 65.
Commendatio stili, apud eundem 9. 12.
De imitatione sententiæ Cælij Secundi, & doctorum ferè omnium qui ea de re scripserunt, simul excusæ, Basileæ apud Oporinum.
De imitatiõe stili Bartolemæus Riccius, Cælij Calcagnini commentatio, Gilbertus Cognatus, Io. Franciscus Pius, Petrus Bembus.
De elocutionis imitatione, Iacob. Omphalius.
Ciceronianus dialogus de optimo dicendi genere, Des. Erasmi Rot. operum eius Tomo 1.
De imitatiõe Ciceroniana dialogus Stephani Doleti.
De alternitate lectiõis & stili, & quomodo aliorum per transformationẽ nostra facere debemus, Seneca lib. 12. epist. 85.
Imitatio potior est quàm lectio, Marsil. lib. 1. epist. 85.

Virgilius quomodo Homerum & alios imitatus sit, uide apud Macrobium.
O imitatores seruũ pecus, Horatius in arte poëtica.
De furtis poëtarum quædã ex Stromatibus Clementis, cum Heraclide Pontico nostro Basileæ excusa.
De modo scribendi apud ueteres, Ant. de Gueuara epist. 10.
De ueterũ in scribendo breuitate, apud eundem epist. 11.
Oratio soluta poëticis numeris et modis exornanda est, Marsil. lib. 3. epist. 3.
Euphoniæ maior ratio habita à scriptoribus elegãtissimis, quàm regularum, Gellius 13. 19.
Quàm lepide designateq; dixerit Phauorinus philosophus, quid intersit inter Platonis & Lysiæ orationem, Gellius 2. 3.
Frustra scribit, qui ita scribit ut à nullo intelligatur, Marsil. li. 6. epist. 64.
Quod uerba philosophi nec accurata debent esse, nec arida, Seneca lib. 10. epist. 76.
Quod philosophi oratio magis debet esse simplex, plana: q̃ cõposita & solicita, Seneca lib. 16. epist. 101.
De utilitate familiaris, breuis, & inelaborati sermõis, Seneca lib. 5. epist. 38.
De differentia ordinariẹ oratiõis, & breuiarij, Seneca lib. 5. epist. 39.
De triplici dicẽdi genere apud ueteres: et quo maxime stilo usi sint Romani, Hispani & Punici authores ex Mirandulæ sententia, Crinit. 8. 3.
De tribus dicendi generib. Gell. 7. 14.
Quot apud ueteres idiomata celebrent̃: ac de illorũ inuentorib. Crinit. 17. 1.
Quadruplex loquẽdi figura ueteribus obseruata grammaticis, prisca, Latina, Romana: demumq; miscella siue mixta, Cælius 23. 31.
Quod apud nostros quatuor idiomatũ genera fuisse tradantur, priscum, Latinum, Romanũ, & mixtum, & quo maxime tẽpore floruerint, Crin. 3. 3.
Quib. uerbis in Latino sermone uti debemus: & quàm uerecunda esse debeat in componendis uocibus tralatio, Crinit. 21. 7.
Quod Laberius multa uerba licentius finxit, multisq; utitur, de quibus an sint Latina quæri solet, Gellius 16. 7.
De licentia fingendi noua uocabula, Horatius in arte poëtica, non multò post initium.
De uerbis quibusdã nouis, quæ in Cnei Matij Mimiambis offẽderamus, Gellius 15. 25.
Prisca quædam uocabula, Gellius 19. 7.
Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philosophus adolescentem, uetuste nimis et prisce loquentẽ, Gel. 1. 10.
De exauctoratis obsoletisq; uerbis: Tũ recte ac Latine dici, mille uerborum est, Macrobius Saturnal. 1. 5.
Verbis antiquissimis, relictisq; & desitis minime utendum, Gellius 11. 7. P. Faustus Foroliuieñ.
Quid sit repandirostrum & incuruiceruicum pecus, ex Pacuuio apud M. Varronem, &c. Crinitus 19. 5.
Quod his maxime uerbis se oblectari Politianus dicebat, ut sunt, reciprocicornes arietes, et bestiæ exungues, & excornes, & alia ibidem addita, Crinitus 2. 13.
Anquito et Anquisitiones, uocabula esse Romana & honesta, quibusq; authoribus id asseratur, contra quorundam inscitiam, Crinitus 1. 14. Grammatici sanè perpaucos Romanè scripsisse aiunt, ut Cæsarem & Horatiũ, alios omnes Latinè.
Ciconia pietaticultrix, gracilipes. Cochlea domiporta, φερέοικος. Huiusmodi multa sunt apud Græcos poëtas epitheta, ut in batrachomyomachia Homeri, & in comœdijs Aristophanis, ὀρθοφοιτοσυκοφαντοδικοταλαίπωρος, &c.
De barbaris uocabulis organorũ apud Latinos, Politian. 1. 14.
Quod Latini etiam Græcis utantur, ibidem.
Quam ob causam M. Cicero his omnino uerbis, nouissime & nouissimus, uti obseruãtissime uitarit, Gel. 10. 21.
De synonymis dictũ est Titulo 9. & 10.

ΠΟΛΕΜΙΚΑ, SIVE CONTRA*ria nostri sæculi grammaticorum scripta, Titulus* XVI.

IN Bartolemæum Facium Recriminationum libri 4. Laur. Vallæ.

Contra

Contra Laurentium Vallam inuectiuæ duæ Benedicti Morandi.
In Laurentium Vallam, Pogij libri 2.
In Pogium, Antidotum L. Vallæ.
Cornelius Vitellius in Merulam.
Modesti disputatio contra Merulam.
Contra Des. Erasmũ Rot. Gaudentius Merula.
Steph. Doletus contra Des. Erasmum pro imitatione Ciceroniana.
Contra Brotheum grammaticum, Domitius Calderinus.
Bellum Erasmianũ Gaudentij Merulæ.
Contra Galeotum, Georgius Merula.
Cicero relegatus, Hortensij Tranquilli dialogus.
Ioan. Tortellij lima quædam Antonij Mancinelli.
Contra Ioannẽ Calphurnium Raphaël Regius.
Contra barbaros philosophos, Hermolaus Barbarus.
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

TITVLVS XVII. DE *Dialogis.*

Dialogorum etiam ordo ad Grãmaticam pertinere uidetur. Quãquam enim uarij argumenti dialogos ueterũ & recentiorum, quicq; ad diuersas scientias referri debeant, habeamus: omnes tamen ferè familiarium colloquiorum formulas, & Latinæ linguæ exempla continent. Primo igitur loco recensebimus illos, qui ad Latinitatis rudimenta & exercitia de industria cõpositi sunt, mox reliquos cuiuscunq; argumenti.

Quis dialogos primus introduxerit, Polydorus 1. 16.

M. Tullij Ciceronis de amicitia & senectute libri, & alij quidam, certis personis colloquentibus scripti sunt.

Des. Erasmi Roterodami colloquia familiaria, cum scholijs solitis, & quibusdam antehac non uisis, & indice. Ioan. Gymnicus impressit Coloniæ 1534. forma enchiridij, chartis 33.

Familiaria quędam Colloquia, ex D. Erasmi Rot. Colloquijs selecta, ad utilitatem puerorum Latine discentium, Froschouerus Tiguri excudit in 8.

Impressi sunt etiam seorsim Basileæ colloquia quædam selecta.

Ciceronianus dialogus Des. Erasmi.

Dialogorũ libri 4. Sebast. Castalionis, pro formandis moribus & lingua puerorum Sebastiani Castalionis.

Pædologia, dialogi 37. Petri Mosellani.

Dialogi 12. pueriles Christophori Hegendorphini.

Colloquiorum puerilium formulæ Sebaldi Heyden.

Dialogi Alani Varenij.

Latinæ linguæ exercitatio, Io. Ludouici Viuis.

Colloquij quotidiani sylua, Ioan. Pinitiani.

Colloquia xi. Io. Iouiani Põtani, inscriptione Asini, quibus in cuiusdam ingratitudinem clam inuehitur. Eiusdem Antonius, Actius, & Aegidius dialogi, quorum Argumenta habes in primo Tomo.

Dialogi Io. Alexandri Brassicani.

Dialogi Ionæ Philologi.

Confabulationes literatorum, Hermanni Schottenij.

Dialogi Stephani Nigri.

Dialogus (aliàs dialogi) Beroaldi.

Dialogi 9. Cælij Calcagnini.

Dialogi Maphæi Vegij.

Lupa dialogus Iacobi Cauæi.

Dialogus Leoniceni.

Osci & Volsci dialogus, M. Angeli Petri, impressus.

Stylpho dialogi 5. Iaco. Vuimpfelingij.

Bombylius siue dialogus iocularis Arnoldi Madiri, per actus in modum comœdiæ distinctus.

Actus scenicus in Pogium, Laurentij Vallæ.

In Io. Calphurnium dialogus Raphaëlis Regij.

Quandoquidem pauci Hebraicæ & confinium linguarũ libri extant, ſi Græcorum & Latinorum multitudini comparentur (quanquam non dubito quin boni aliqui codices in his linguis nondum publicati lateant, cũ apud noſtros, tum Iudæos & alios eius linguæ peritos in diuerſis partibus orbis terrarum) pauciores autem publicantur, quoniam rari admodum ſtudioſi his linguis incumbunt: uiſum eſt rem gratam fore bibliothecam ſtructuris librorum Hebraicorum & ſimilium, ſi, quos extare nouimus, ſimul hic omnes cõmemoremus, qui ſaltem in præſentia ſe offerent. Multò plures enim quàm hic fortaſſis occurrant, pro argumenti uarietate alibi memorauimus.

Quæ in Grammaticis extant modo enumerauimus.

Logica Hebraica R. Symeonis Sebaſtianus Munſterus Latina fecit.

Arithmetica ſecundum omnes ſpecies authore R. Elija orientali, cum Oſuualdi Schreckenfuchſij translatione, & ſcholijs Munſteri.

R. Abraham Hiſpani, filij R. Haiæ de ſphæra liber, eodem interprete cum ſcholijs Munſteri.

Kalendarium Hebraicũ Seb. Munſteri.

¶ Hiſtoriarum Iudaicarum libri 5. ex Ioſepho Hebræo Latini facti per Sebaſtianum Munſterum. Eſt & huiuſmodi inſcriptio, Ioſippi compendium in hiſtorias Ioſephi, complectens acta 70. interpretũ, geſta Machabæorum & Herodum, & excidium Hieroſolymitanum: Item libellus de 10. captiuitatibus Iudæorum, omnia Hebraice & Latine Seb. Munſtero interprete.

Ioſephi libri 6. de bellis Iudaicis, Michaële Adamo interprete, lingua Germanica, characteribus autem Hebraicis Tiguri nuper impreſſi.

¶ In re medica multi Arabice ſcripſerunt, ut Raſis, Serapio, Auicenna, Auerrois, & alij: Auicennam in lingua ſua typis excuſum audio.

R. Iuda Chariſi de medelis corporum.

¶ Sententiæ piæ, quas capitula, id eſt, apophthegmata patrum nominãt, Hebraicæ & Latinæ per Paulum Fagiũ.

Precationes Hebraicæ & Latinæ per eundem, in feſtis Germanorum.

Rabi Moſis tredecim articuli fidei Iudæorum, Seb. Munſtero interprete.

Colloquiũ cum Iudæo pertinaciter ſuis de Meſſia opinionibus addicto, Hebraice & Latine Sebaſt. Munſterus conſcripſit.

Liber fidei ſeu ueritatis Iudęi cuiuſdam ad fidem Chriſtianam ante ducentos annos cõuerſi, Hebraice. Paulus Fagius Latine reddidit.

Samuelis Iudæi epiſtola de uana Iudæorum expectatione, incerto interprete Latina legitur: non dubito quin etiã Hebraice extet.

¶ *De libris ſacris, & commentarijs in eos.*

Biblia impreſſa Piſauris in ditione Venetorum, in 4. primum, anno Domini 1494. correctiſſima, hoc ordine, Moſis pentateuchus, deinde Iudaico more quinq; minores libelli, Cantica ſcilicet canticorum, Ruth, Threni Ieremiæ, Eccleſiaſtes, Eſter: Prophetæ priores, qui ſunt, Ioſue, Iudicum, Samuelis, Regum: Et poſteriores maiores, Iſaias, Ieremias, Ezechiel: Et duodecim minores dicti, Hoſeas, Ioël, Amoz, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Habakuk, Zophonias, Ageus, Zacharias, Malachias: Hagiographa complectuntur Pſalmos, Parabolas, Iob, Danielem, Ezdram, Nehemiam, Paralipomenon. Sed Rabi Moſe filius Maimon hunc ordinẽ ſacrorum librorum deſcribit: Lex, Ioſue, Iudicum, Samuël, Regum, Ieremias, Ezechiel, Iſaias, duodecim prophetæ, Ruth, Pſalmi, Iob, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Cantica canticorũ, Threni, Daniel, Heſter, Ezdras & Paralipomenon. De his uide in libro Talmudico qui inſcribitur Sepher torat, id eſt, liber legis.

Biblia rurſus Piſauris excuſa eodẽ tempore, integra, in folio. Alibi quoq; in folio integra. Et alia Pragæ in Bohemia in fol. Item Baſileæ in 4. Et Piſauris olim in 8. Et Baſileæ cũ interpretatione Latina & annotationibus Sebaſt. Munſteri. Stephanus

Robertus Parisijs publicauit in 4. cũ commentario. R. Dauid Kimhi in 12. prophetas. Alia æditio apud eundem in 16. elegantissima.

Biblia cum Targum, id est, interpretatione Chaldaica, & commentarijs Rabinorum impressit Venetijs Daniel Bombergus Flandrus summa diligentia, in magno fol. anno Domini 1515. cum priuilegio Leonis X. ab initio mundi, anno 5278. Continentur autem hæc:

Pantateuchus cum Onkeli translatiõe, & R. Salomonis Iarchi Galli expositione.

Quinq; minores libelli cum R. Salomonis Iarchi commentarijs.

Targum Hierosolymitanum in quinq; libros legis.

Targum secundum in librum Hester.

Tabula lectionum legis & prophetarũ per sabbata anni.

R. Moses ben Maimon de 13. articulis fidei Iudaicæ expositis.

R. Manahem Raknat annotatio mandatorum legis affirmantium & negantium numero 613.

Grammatica de accentibus R. Aaronis filij Aser de Tiberia.

Varia lectio quorundam locorũ iuxta filium Aser, & filium Neptali Tiberienses, cum assignatione temporum iuxta libros legis & prophetarũ, per 24. canonicos libros.

Prophetæ priores & posteriores, et Psalterium, omnia cum Targũ Ionathæ, et cum cõmentario R. Dauid Kimhi.

Argumẽta Iudaica contra Christianos ex Psalmis, R. Dauidis Kimhi.

Parabolæ Salomonis cum cõmentario dicto Caffenaki, & Targum Chaldaico.

Liber Iob cum Targum Chaldaico, & duplici commentario, altero R. Mosis ben Naaman Gerundensis quem Ramban nominant: altero R. Abraham Prizol neoterici.

Daniel propheta cum commentario R. Leui ben Gersom.

Esdras & Paralipomenon, siue Verba dierũ, cum cõmentario R. Salomonis Iarchi, adiecta expositiõe R. Simeonis.

¶ BIBLIORVM secunda æditio, absoluta Venetijs per Danielem Bombergum, anno Christi 1523. à cõdito mundo 5286. cum Targum & Massoreth magna ac parua. Insunt autẽ hæc:

R. Salomonis commentarij in legem ac oẽs ꝓphetas, & in libros Salomonis.

R. Abraham Aben Ezra commentarij in Legem, in Esaiam, in 12. prophetas minores, in Psalmos, in Parabolas Salomonis, in librum Iob, in Cantica cum cæteris paruis libris: in Danielem, Esdram & Neemiam.

R. Dauidis Kimchi commentarij in omnes ꝓphetas priores & posteriores: non etiam in minores 12.

R. Leui ben Gersom cõmentarij in prophetas priores, in parabolas Salomonis, in Iob, fusissime.

R. Saadiæ commentarij in Danielem.

Eidem æditioni accesserunt Massoreth magnæ R. Iacob filij Haijm, in ordinem alphabeti digestæ. Grammatica quoq; erudita margínibus supra infraq; adiecta.

Hæc omnia iam dicta, in uno uolumine secundæ æditionis habentur.

¶ EXPOSITIO magna ceu glossa ordinaria in quinq; libros legis, dicta liber Rabboth. Allegatur passim à Rabinis bereschith Rabba, Smoth Rabba, Vaijkra Rabba, Vaiedabber Rabba, Hadbarim Rabba, secundũ inita singulorum pentateuchi librorũ. Impressa Venetijs anno mũdi 5305. id est, anno Christi 1542.

R. Bachai f. Aser commentarius in Pentateuchũ, Venetijs anno mũdi 5300. siue anno Christi 1537. excusus.

Lex Mosis cum Targum Onkeli, & quinq; minores libelli adiuncti cum commentarijs R. Salomonis & additionibus cuiusdã Rabini, qui uoluit dici Hiskuni. Venetijs anno mundi conditi 5284. hoc est año Christi, 1521.

Expositio Pentateuchi ꝑ R. Iacob Baal haturim, filium R. Aser, etiam Venetijs.

In Pentateuchum elegans scriptum, sed male impressum Constantinopoli.

Pentateuchus & quinq; parui libri canonici,

nonici lingua Germanica, characteribus autem Hebraicis, Michaële Adamo ludæo cõuerso, interprete, nuper excusus est. Idem reliqua etiã Biblia similiter transferre pergit, & magna ex parte iam transtulit, omnia planè ad uerbum, pro ludæis (qui nisi ad uerbũ utcunq; ridicule translata non admitterent) & illis qui primum huic linguæ initiantur, ut facillime conferre possint.

Prima quatuor capita Geneseos Hebraice cum uersione Germanica è regione, Hebraicis tamen characterib. exarata, eaq; iuxta usitatam Hebræorum interpretationẽ ad uerbũ translata: cum succinctis in fine adiectis scholijs, & ratione legendi Hebræogermanica: omnia per Paulũ Fagiũ.

In decalogum R. Aben Esræ commentariolus, cum uersione Sebast. Munsteri è regione.

Prouerbia Salomonis cum uersione Latina & annotationibus grammaticis Seb. Munsteri.

Isaias Hebraice & Græce cum duplici Latina uersione, & succincto commẽtario Hebraico ex R. Dauid Kimhi, per Seb. Munsterum.

Isaias, Ieremias, Ezechiel & Daniel, Parisijs impressi, opera Fr. Vatabli.

R. Dauid Kimhi cõmentarij in priores aliquot Psalmos, Hebraice & Latine per Paulum Fagium.

Psalterium Venetijs excusum, & Basileæ apud Frobenium in 16.

Idem cum expositione R. Dauid Kimhi integra: & responsis eius contra Christianos.

Thobiam Hebraice addidit, & Latinitate donauit Sebastianus Mũsterus: item Paulus Fagius, qui etiam Iesum Syrach, quem nos Ecclesiasticum uocamus, totum Hebraicum in Bibliotheca quadam extare à uiris fide dignis se audiuisse scribit.

Massoreth Eliæ Leuitæ, Seb. Munstero interprete.

Eædem Con. Pellicano interprete, nondum æditæ.

Concordantia maior Hebraica, cum usu & assignationibus librorum sacrorum, opus seorsim æditum.

Prophetæ 12. minores cum expositione R. Dauid Kimhi, Parisijs impressi.

Amos cum eiusdem commentario seorsim æditus: item Sophonias.

Matthæi euangeliũ Hebraice, cum uersione & succinctis annotationib. Sebastiani Munsteri.

Quæré etiam in Theologicis, in titulo de Iudaicis, ubi plura Talmudica & Cabalistica reperies: & in mentione librorum ueteris Testamẽti, qui nam in singulos scripserint.

¶ *De alijs libris diuersis, quorum plerique Venetijs impressi sunt, pauci quidam alibi, illic tamen quoq; uenales.*

R. Eliezer magni, filij Hyrcani, qui Onkeli proselyti tempore uixit, Cabalistici, ex sapientibus Mischne, id est, Rabinorum traditionum fabulosarũ, Capitula.

R. Iosue Leuitæ liber itinerum mundi.

Introductorium in Talmud, R. Samuelis: inscriptum Sepher helichoth.

R. Ionæ Gerundeñ. liber timoris, uel de timore sancto.

R. Manahem à Ricanato dogmata Cabalistica.

R. Abdiæ Lumen populorũ, Quæstiones 15. de Deo & anima.

R. Eliæ Leuitæ Massoreth, id est, correcturæ Biblicæ.

Circa Biblia annotationes ad literam.

Numerus omnium literarũ in Biblijs.

R. Tam de probitate & uirtutibus capita 18.

R. Mose Maymonis epistolarum liber: in quo sunt clarorum uirorum ad ipsum epistolæ, & responsiones ipsius.

R. Abraham doctrinale, seu de disciplina.

Quæstiones & solutiones 58. omnis generis.

R. Syra moralium sententiarum alphabetum duplex.

R. Hakados opus legis.

R. Eliezer, Semitarum uitæ liber, inscriptus Sepher orchath haijm.

Prædicationes & operationes Talmudicæ.

R. Mosis (Ramban) filij Naaman Ge-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [98] - 41r
PUBLIC DOMAIN

rundenſis, quæſtiones cum reſponſionibus 288.
Rab. Salomonis Paradiſi collectanea. Sunt autem ueluti loci cõmunes Iudaici de moribus.
R. Iuda Chariſi de medelis corporum, qui liber fertur qualis apud Latinos Hortulus ſanitatis.
Sepher hatapnach, id eſt, liber pomi, Ariſtoteli attributus liber.
Ariſtoteles de anima.
Galenus de corpore & mente.
De correctione fraterna.
Adhortatio ad animam, Soliloquium animæ.
Adhortatio ad uirtutes.
Sententiæ ſapientum quinquaginta.
Medraſchath & Maeſcot, id eſt, fabulæ & ſermones.
Liber oblationum, ſiue loci communes de Iudæorum ceremoniis.
Dictionarium Chaldaicum, uerius autem Talmudicum.
Reſponſiones ad quæſtiones 839.
Nouella in Talmud, de diuortiis, menſibus, benedictionibus & prophanis uel placentis.
Maeſe thora, id eſt, acta legis.
Rab. Moſes Gerundenſis in librũ quendam Talmudicum.
R. Iacob gloſſa in Pentateuchum.
Emanuelis compilatio.
Forma ſupplicationũ in Hiſpania, orationes ad menſam, carmine & proſa: iuxta annuas feſtiuitates, hoc eſt, Diurnale Hiſpanicum.
Varia lectio legis adſignata inter filios terræ Iſraël, & filios Babylonicos, in libris, præter legem, canonicis.
De nominibus propriis biblicis Matthæus Aurogallus.
Itinera deſerti.
Orationale Iudaicum incipiens à 100. benedictionibus.
Aliud, more Germanorum.
Rab. Ioſeph Eſopei Canticum. Aliud eiuſdem, Conſtantinopoli impreſſa.
Chronicon Iudaicum, liber Seculi inſcriptus.
R. Abraham Leuitæ filij Dauid, traditiones memorabilium. De regibus Romanis. De regib. domus ſecũdę.
R. Ioſuæ Leuitæ Curſus ſeculi.
Declarationes difficiliũ rerũ, in cõmentariis R. Salomonis in Pentateuchũ.
Hiſtoria temporũ Moſis, extra Biblia.
Liber Tobi filij Tobiel.
Liber Eldad Dauites.
Parabolæ Sandaber.
R. Abraham Maymon fabula Ieroſolymitana.
Eiuſdem More hanfuchim, liber optimus, ut audio.
Difre muſar, id eſt, de diſciplina liber.
Taconoth, id eſt, decreta.
Liber Henoch.
Aenigmata Eſopitu.
Libellus faciendi pro Dño continens precatiunculas quaſdã, etiam ad D. Virginem Mariam, Matthæi Adriani Hiſpani, chart. 1.
R. Salomonis porta Domini noua, Conſtantinopoli impreſſa.
Dialogus fabuloſus filij regis cum religioſo, Rab. Abrahami Leuitæ filij Haſdai.
R. Ionæ Gerundenſis de pœnitentia liber, Venetijs impreſſus, inſcriptus Schaere teſchuſa.
Cõradus Pellicanus plurimos Hebræorum libros Lanitate donauit, qui tamen æditi non ſunt, euumerati à nobis partim in primo Tomo, partim eius Appendice.
Venetijs hactenus Hebraica nemo (q̃ ſciam) præter Danielem Bombergũ excudit: nunc autem nouam illic officinam extructã audio, ex qua Thalmud proxime proditurum expectãt.

¶ *Sequuntur libri aliquot Hebraici Venetijs uenales, pretio quo ſinguli uenduntur adſcripto monetæ Venetæ per libras & ſolidos.*

Deſcripta ſunt hæc ex catalogo Danielis Bombergi (ſi bene memini) Veneti typographi & bibliopolæ: in quem aut eius deſcriptorẽ ſi quæ uitia orthographię erũt reijcimus. Nos neq; argumenta librorum ſatis tenemus, ut prius enumeratos ordine commodiore diſponeremus: neq; uo cum ſignificatiões aut etyma, u quæ ſequuntur rectius ſcriberemus.
Machazorim in Hiſpania, libris 3. uenditur.

ditur. Sunt autem precationes in festiuitatibus.
Machazorim Italicæ æditionis, libris 3.
Machazorim, Bononiensis æditionis, lib. 8.
Machazorim opus magnum ex Romania, libris 9.
Machazorim in Germania excusum, lib. 8.
Sidurim de beracha (precationes quotidianæ) Italici characteris, lib. 1. solidis 10. (aliâs, lib. 1. solidis 4.)
Sidurim è Germania, libra 1. solidis 11.
Or amim, id est, Lumẽ populorum, R. Abdiæ, Bononiensis typi, libra 1.
Recanati (Videtur scriptum esse Rabi Manahem à Ricanato in Pentateuchum) libris 4.
Pisce helacot, id est, iudicia sententiarũ Recanati, Bononiensis characteris, libra 1.
Tesuuoth harasba, libris 5. Sunt autem responsiones R. Simeon filij Abraham qui dicitur Rasba.
Sefer chasidim, id est, liber iustorum, libris 2. solidis 10.
Minúch, libris 4.
Sefer haiaschar, id est, liber recti uel iusti, libra 1. solidis 10.
Sefer olam, id est, liber seculi, chronicon Iudaicum, libra 1.
Meliza, id est, oratio, solidis 4.
Zeror amor, id est, fasciculus myrrhæ in Pentateuchum, libris 9.
Ahbeaht rochel, id est, pulueres aromatici, solidis 12.
Biniamin grammatica, fol. 4.
Caĕrath kesef, id est, patera argẽtea, carmine: solidis 6.
Pisque harasba, id est, iudicia R. Symeonis filij Abraham.
Mechilta in libros Mosis, solidis 2.
Leson Limudim, id est, lingua doctorũ, (R. Dauidis opus grammaticum) libra 1. fol. 4.
Pirche, id est, Capitula Eliæ, solid. 12. liber grammaticus.
Aben Hira (i. liber filij Sira) lib. 2. fol. 8.
Tefiloth zadichim, id est, orationes piorum, libris 3.
Cad hacema, i. cadus farinæ, libris 6.
Ben hamelech uehanazir (dialogus fabulosus, ut puto, filij regis cum religioso, R. Abrahã Leuitæ) lib. 1. fol. 10.
Sefer icarim, i. articuli fidei, solidis 4.
Safa berura, id est, sermo purus, lib. 1. solidis 4.
Iesod mora, id est, fundamentum pietatis uel timoris domini, lib. 1. fol. 4.
Sefer hamuhar (uel hazoar, liber de deitate) libris 3.
Torath adam, id est, lex hominis, lib. 3.
Abucharham, libris 4. solidis 10.
Sefer hamanhig, id est, liber de prouidentia & rectore Deo, libris 3.
Sefer kerisfuth, id est, liber diuortiorũ, libris 3. solidis 2.
Imre noam, id est, sermones elegantes, libra 1. solid. 10.
Marpe lason, i. lingua salutaris, solid. 10.
Enodath haleui, id est, cultus uel opus Leuitæ, solidis 16.
Serith Ioseph, id est, reliquiæ Ioseph, solidis 12.
Saralim, id est, radices Kimchi, libris 6.
Rasi coe (aliâs Raschai rabi Salomon in Mosen) super Pentateuchũ et quinq; historias, libra 1. solidis 16.
Sefer hateruma, id est, liber oblationũ, libris 2.
Tesuuoth, id est, responsiões haramban, (Ramban uocãt Rabi Mose filiũ Naaman Gerundensem) libra 1. solidis 10.
Pesacim uchtauim, id est, iudicia & epistolæ, libra 1.
Beniamin zeebh, id est, lupus, libris 6. solidis 4.
Michlol (R. Dauidis opus grammaticũ ut conijcio) libris 3. solidis 10.
Emanuelis cõpilatio carminib. libris 3.
Licute pardes, id est, collectanea Paradisi R. Salomonis, libra 1.
Seelot etesuuot, id est, quæstiones & responsiones R. Dauid, libris 4.
Seelot etesuuot harasba, solid. 7. Sunt autem quæstiones & responsiões R. Symeonis filij Abraham.
Massoreth hamassoreth tuhb taam Elię, id est, annotationes dictionum, literarum & accentuum, libra 1. solidis 4.
Tisbi Eliæ, libris 6. Et est dictionarium 712. dictionum.
Arba turim, id est, quatuor uersuum. Sunt autem libri 4. ceremoniarum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [100] - 42r
PUBLIC DOMAIN

Iudaicarum, libris 8.
Derehc emuna (id est Via ueritatis & fidei) libris 4.
Kefer tora, id est, corona legis, libris 3. solidis 10.
Sepher hamispar, id est, de arithmetica liber, libris 3. solidis 10.
Naue salom, id est, ppheta pacis, libris 4. solidis 10.
Mahelach, id est, grammatica R. Mosse Kimhi, cum Latina grāmatica R. D. Kimhi, libra 1.
Talmud, ducatis 22.
Talmuld Hierosolymitanum libris 9.
Biblia magna, cū commētarijs, ducatis
Biblia parua, libris 4. & semis. (10.
R. Moyse ducatis 10. Supererant autem duo tantum exemplaria anno 1543. cum Venetijs essem.
Haruch (dictionarium Chaldaicum puto) libris 5.
Concordantiæ in sacra Biblia, libris 9.
Eschoni, libris 8. (aliàs haschoni super Pentateuchum.
Chumas, id est, Pentateuchus cum Targum, libris 2. & semis.
Chumas paruum (id est, Pentateuchus in parua forma excusus) libra una semis.
Dicduch, id est, grammatica Hebraica & Latina (nimirū Abrahami de Balmis) libris 3.
Chiduse Rasba, id est, Nouella R. Symeonis filij Abraham, libris 4.
Telim, id est, Psalmi, solidis 6.
Misle, id est, prouerbia, solidis 6.
Iob & Daniel, solidis 6.
Rabi Alphes (compendium Talmudicæ doctrinæ) ducatis 18. Anno 1543. duo solum exemplaria supererant.

¶ Iudæi qui per Hispaniam ante mille annos exularunt, ut monumēta quorundā testantur, philosophiæ dediti fuerunt: item Arabes qui tunc temporis ibidem habitabant. Cæterū ante annos circiter septuaginta, reges Hispaniæ & Iudæos et Sarracenos expulerunt è suis ditionibus. Cæterū quod libri Hebraici de liberalibus artibus scripti, quorum ut quisq; sana mente præditus apud se iudicare potest, non pauci fuerunt, omnino deciderint, nemo mireť, cum uix sacra Biblia propter tam graues & crebras exulationes Iudæorum conseruata sint: quo mihi profecto uix quicquā dignius admiratione uidetur. Hæc Osualdus Schreckenfuchsius.

FINIS LIBRI DE GRAMMATICA.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [101] - 42v
PUBLIC DOMAIN

PARTITIONVM VNIVER

SALIVM, QVAE SECVNDA PARS BIBLIO-
thecæ eſt Conradi Geſneri, Liber ſecundus
de Dialectica.

CLARISSIMIS VIRIS IOAN. BEBELIO,

ET MICHAELI ISINGRINIO EIVS GENE-
ro, typographis celeberrimis, Conradus Geſnerus S. D.

PARTITIONES noſtras de ſcriptis dialecticis, Clariſſimi uiri, in ueſtro nomine appa-
rere uolui, librum quidem exiguum, ſed maximi ad totam philoſophiam momenti: ut me-
rito organum illius appelletur, non eiuſmodi ſolum, qualia malleus, aſcia, ſerra, & alia hu-
ius generis, fabro ſunt inſtrumenta: ſed quale homini manus eſt, organum organorum, &
quod partis ſimul principalis locum obtineat. Vix enim in humani corporis fabrica partem aliam repe-
rias, in qua uel magis ſapientiſſimum eius architectũ Deum admirari, uel differentiam hominis ab ani-
malibus cæteris perſpicere poſſis, ut non immerito Galenus, medicorum princeps, nuſquam plus con-
templationis quàm in manuum conſtitutione poſuerit. Eadem ratio dialecticæ eſt, ut recte manus quæ-
dam philoſophiæ dicatur, cum ab una illa artium & ſcientiarum omnium, inuentio, conſtitutio, metho-
dus, & tractatio, & quicquid in ſingulis argutum & qua decet forma ordine & conſenſu totius atq; par-
tium ſpectari ſolet, proficiſcatur. Materiam enim ſuam ſecum ſcientia quæuis affert, modum & formam
à dialectica petit. Quamobrem nobilitas contemplationis atq; dignitas huic debetur, Praxis uero (ut uo
cant) & utilitas unicuiq; propria eſt. Verum de hac re differendi hic locus non eſt, neq; ego ut munu-
ſculum noſtrum extollam idcirco hæc dico, qui ſciam tam ingenuos & liberales uos eſſe, ut qualecunq;
amici & grati erga uos (quorum beneficijs plurimum debeo) animi ſpecimen æqui bonique conſulatis:
ſed ne imperitior aliquis, qui munera mole potius quàm rei dignitate & pretio, aut ex animo offeren-
tis æſtimet, & molarem forſan adamanti præferat, tantis uiris tantillum libellum inſcribi uitio uertat.
Atqui præterquàm quod debui pro beneficijs ueſtris quo potui modo gratus eſſe, res ipſa etiam poſtula-
bat quodammodo ut hanc Pandectarum partem uobis potiſſimum nuncuparem. Ariſtotelis enim dia-
lecticæ librorum ordinem hic mihi propoſui, ut omnes ferè qui commentarios, paraphraſes, iſagogas,
aut quiduis aliud in illos ſcripſerunt ſimul enumerarem. Nam illi etiam qui relicto Ariſtotele, ſuo Mar-
te dialecticum aliquid ædiderunt, omnes ferè ad illum Lectores remittunt, illius ſe interpretes uocant, il-
lius ſe ueſtigijs inhærere, & compendia uel introductiones uel aliud quidpiam in Organũ illius ſe ſcri-
bere fatentur. Vos autem primi & ſoli hactenus in orbe terrarum, quod ſciam, poſt Aldum Manutium,
Græca Ariſtotelis opera integra quàm caſtigatiſſime ædidiſtis: tu quidem prior humaniſſime Bebeli, qui
plurima etiam alia utriuſq; linguæ uolumina maximo ſtudioſorum applauſu excepta publicaſti, quæ
cum omnia puto iam diſtracta ſint, & ipſe negotioſo hoc uitæ genere relicto tranquilliorem ſequaris,
nominatim celebrari non opus eſt: & tu ſtatim poſt ſocerum doctiſſime Iſingrini, iterum eadem magna
cũ laude characteribus elegantiſſimis, charta optima, & mendis innumeris expurgata, (ut omnia ſoles)
excuditi; & nunc denuo nouam eorum æditionem longe pulcherrimam (ut arte & diligentia teipſum
uincas) nouis laboribus caſtigatam, & in capita cum Græcis argumentis ubiq; diſtinctam, & indice in
omnes libros copioſo inſtructam, magno conatu paras. Quid dicam de commentarijs Græcis in omnes
Ariſtotelis libros, qui ad abſolutæ philoſophiæ ſeriem pertinent, quos ipſos etiam breui in lucem dare
cogitas? Commemorarem nunc omnes, quæ multæ & egregiæ ſunt, Officinæ tuæ ſcruras, niſi uel au-
ribus tuis hoc dare, uel nimium ab inſtituto digredi uiderer: quin aliquas tamen, quæ mihi nunc in men
tem præcipuæ ueniunt, enumerem, temperare mihi non poſſum. Tu medicis (ut ab illis incipiam quæ
profiteor) dediſti Manardi, & Aloiſij Mundellæ epiſtolas, & Aloiſij Triſſini problemata, excellentiũ per
totam Italiam medicorum: et doctiſſimi in Germania medici Leonharti Fuchſij ſtirpium hiſtoriam, cum
figuris ad uiuum expreſſis, opus immortali laude dignum triplicis artificij cauſa, authoris dico, pictoris,
& typographi: idq; non Latina ſolum lingua, ſed etiã Germaniæ tum noſtræ, tum inferioris, ut audio:
ſecundum etiam Tomum eiuſdem operis breui publicaturus: ut interim taceam Symeonem Sethi, &
Dioſcoridem, & Græca Galeni opera, quæ adhuc apud te ſunt, à ſocero tuo, Cratandro, & Heruagio tri
bus optimis typographis communibus impenſis excuſa. Theologi ex te habent Io. Baptiſtæ Folengij
in Pſalmos commentarium, & Hebraica Biblia cum conuerſione & annotationibus Sebaſtiani Mun-
ſteri. Iuriſperiti multa Vdalrici Zaſij, & Andreæ Alciati opera omnia tibi debẽt, huius in Italia hoc tem
pore, illius nuper in Germania cum adhuc in uiuis eſſet inter iuriſconſultos conſultiſſimi: item Cl. Can
tiunculæ de officio iudicis libros duos. De alijs operibus, ne ſim prolixior, nihil dicam, Plutarchi certè
Parallela (quæ Græce prius ſocer tuus excuderat) & Xenophontis opera Latina, & Polydori Vergilij

eruditiſſimas lucubrationes præterire non debeo. Perge, age feliciter ut cœpiſti, dum neq; ſumptibus in libros & eruditos homines, neq; labori parcis, optimis uoluminibus mundum ditare, & profeſſioni tuæ (quiſq; enim in ſuã authore Deo uocatum ſe exiſtimare debet) pro uirili ſatisfacere: quod ut & gratum ſit ſtudioſis, & tibi tuiſq; ex animi ſententia ſuccedat, faxit Chriſtus optimus maximus, unus omnium nobis bonorum perpetuus author. Valete.

TITVLI LIBRI II. DE DIALECTICA.

Titulus I. *De dialectica quædam in genere.*

II. *De diſputationibus.*

III. *Qui ſcripſerint dialecticas integras, uel introductiones, ordine literarum.*

IIII. *Qui ſcripſerint in totum organũ Ariſtotelis.*

V. *Qui ſcripſerint de quinq; uocibus, aut cõmentarios in quinq; uoces Porphyrij.*

VI. *Qui ſeorſim ſcripſerint de decem ſummis generibus (quæ Græci categorias, Latini prædicamenta uocant) aut cõmentarios in Ariſtotelis categorias: aut aliquid ad prædicamentorum rationem aliqua ex parte referendũ.*

VII. *De enunciatione qui ſcripſerint, ſiue per ſe, ſiue in Ariſtotelis librum, uel aliquid ſaltem huius argumenti.*

VIII. *De ſyllogiſmo in genere qui ſcripſerint aliquid reliquerint, aut in Priora Ariſtotelis, aut quiduis quod aliqua ex parte ad ſyllogiſmi rationem pertineat.*

IX. *De demonſtratione qui ſcripſerint, aut in Poſteriora Ariſtotelis, aut de aliqua huius methodi parte.*

X. *De inuentione ſiue locis argumentorum, Topica Græci uocant, qui ſcripſerint, uel in Ariſtotelis Topica, uel quiduis ad expeditam argumentorum rationem utile.*

XI. *De elenchis & ſophiſticis ſyllogiſmis qui ſcripſerint, aut in Ariſtotelis elenchos, aut aliquid ad ſophiſmata utcunq; referendum.*

XII. *Enumeratio locorum ex Topicis Ariſtotelis.*

Titulus

TITVLVS I. DE DIALECTICA QVAEDAM IN GENERE.

DIALECTICAM nominamus aliâs eã tantum differẽdi rationẽ, quæ ueriſimiles & probabiles ſyllogiſmos cõſtruit: aliâs uniuerſam, quæ ueriſimiles, ueros & neceſſarios & ſophiſticos etiam ſyllogiſmos tractat: de qua hoc in libro ageſ. Plato alicubi primam philoſophiam hoc nomine appellat, quod ambę forſan ex æquo latiſſime ad omnia rerũ genera ſe extendant, ut ſubiectum, ens uidelicet, idem ſit, conſyderationis autem modus diuerſus. Sed hæc philoſophis relinquamus.

Prælectio de dialectica Ang. Politiani.

Quis dialecticen primus inuenerit, Polydorus Verg. 1. 16.

Dialecticæ & rhetoricæ differentia, Petrus Lagnerius in ſententijs ex Ciceronę.

Dialectica quid apud Platonem, Logicę diſtributio, Cæl. 7. 30.

De artibus dicendi neceſſarijs, oratio Philippi Melanchthonis.

De utilitate & neceſſitate dialecticæ, Ant. Muſa Braſſouolus.

In dialecticos inanes, Franc. Petrarcha.

Præſtantior eſt legum conditor q̃ ſophiſta, Marſilius Ficin. lib. 1. epiſt. 45.

Contra pſeudodialecticos, Ioan. Lud. Viues.

Cõfutatio ſophiſtices per Othonẽ Brunfelſium.

Contra ſophiſtas uide plura Titulo ultimo huius libri.

TITVLVS II. DE DISPUTATIONIBUS.

CViuſmodi ſit lex apud dialecticos perconctandi, diſſerendiq̃, et quę ſit eius legis reprehẽſio, Gel. 16. 2.

Notat eos qui dicunt philoſophiæ eſſe diſputare, non uiuere, Seneca lib. 19. epiſtola 109.

Philoſophi ſæpe dum diſcunt curioſius diſputare, interim conſultare dediſcunt, Marſilius Fic. lib. 5. epiſt. 8.

De diſputationibus & ſtudiorum uſu, Leonardus Aretinus.

De uelocitate temporis non in quæſtionibus puerilib. expendenda, ſed exhortatione uirtutis redimenda, Seneca lib. 6. epiſt. 50.

Longiore mora opus eſſe in ſolutione, quàm propoſitione quæſtionis, Seneca lib. 6. epiſt. 48.

De materijs infamibus, quas Græci ἀσελγῆς appellant, à Phauorino exercendi gratia diſputatis, Gellius 17. 12.

De diſputationibus moderandis, Gregorius Nazianzenus: Latinum fecit Ioan. Oecolampadius.

De diſputatione lib. 1. Io. Lud. Viuis.

De modo opponendi & reſpondendi, Albertus Magnus.

Octauus liber Topicorũ Ariſtotelis interrogandi ac reſpondendi modũ & ordinem præſcribit.

De elocutionibus & interrogationibus Tractatus Græcus, neſcio cuius authoris, in bibliothecis quibuſdam Italiæ.

De ratione diſputandi præſertim in re theologica, Petrus Moſellanus.

Argumentatur contra profeſſores ſuos ſapere bonum eſſe: deinde huius diſputationis uelut pœnitens docet inſtrumenta uirtutum, non talia argumenta tractanda: id eſt non diſputandum de inutilibus, Seneca lib. 21. epiſtola 118.

De diſputationib. uide aliquid in Grammaticis Titulo 15. de Varijs, ubi de quæſtionibus.

Malus dæmon per ueriſimile trahit ad falſum, Deus ad uerum, Marſilius 10. 42.

TITVLVS III. QVI SCRIPSERUNT DIALECTICAS INTEGRAS UEL INTRODUCTIONES, ORDINE LITERARUM ENUMERATI.

VIde in primo Titulo libri de Grammatica, qui ſcripſerint in totam philoſophiam, aut omnes artes liberales: & paulò poſt quarto huius libri Titulo, qui in totum organum Ariſtotelis: deinceps autem qui in ſingulas

partes: item in Metaphyſicis, qui in totum Ariſtotelem.
Alexandri Traiani aphoriſmi in logica 228.
Algacellæ logica.
Anatolius Alexandrinus de dialectica.
Anton. Bernardus Mirandulanus ſcripſit Inſtitutionem in uniuerſam logicam, & Commentarium in eandem: item Apologiæ libros 4.
Antonij Muſæ diſputatio de ordine librorum totius dialecticæ.
Antonij Raberij tabulæ in dialecticam.
De Ariſtotelis organo, ſeorſim poſtea.
Armandi dictionarium difficilium terminorum.
Auerrois ſcripſit logicæ totius epitomen, Abraham de Balmis tranſtulit.
Auguſtini Niphi dialectica ludicra.
Aurelij Auguſtini dialecticæ principia.
Aurelij Symmachi dialectica.
Aulus Gellius dialectica quædam delibat, de quibus Indicem eius conſule.
Bartolemæi Latomi dialecticæ & rhetoricæ inſtitutiones.
Bernhardi Vualtheri de dialectica ex iure libri 3.
Bryſonis (aliás Briſſonis) dialectica Græca, & Latina Georgio Valla interprete.
Cælij Secundi Curionis de omni artificio diſſerendi atq; tractandi Sum̃a.
Caroli Bouilli ars oppoſitorũ, cum eiuſdem commentarijs: ad copioſe & expedite quauis de re dicendum, & ab una arte in aliam tranſgrediendum utilis.
Chryſoſtomi Iauelli cõpendium logicę.
Chriſtophori Hegendorphini dialectica legalis, ſiue diſſerendi ars ad ius ciuile.
Conradi Neobarij dialectica.
Conſulti Chirij dialectica.
Cornelij Valerij Vltraiectini tabulæ totius dialecticæ.
Eraſmi Sarcerij dialectica.
Franciſci Titelmanni dialecticæ conſyderationis libri 6.
Gaſparis Rodolphi dialectica.
Georgij Trapezuntij breuis dialectica, quam ſcholijs ſuis explicauit Io. Nouiomagus.
Georgij Vallæ de dialectica libri 3.
In eandem ſcholia Petri Moſellani.
Gratiadei monachi Summa Logicæ.
Guilhelmi Lapidani methodus dialecticæ.
Gulielmi Manderſton, dialectices epitome.
Guilielmi Occam logica.
Henricus de Eymbeck de logica.
Hieronymi Pardi medulla dialecticæ.
Huldrichi Zaſij dialectica legalis.
Iacobi Gisleni Thalaſſij dialecticæ compendium, chartis 4.
Ioachimi Perionij de dialectica libri 3.
In eandem commentarius Cælij Secundi Curionis.
Eiuſdem Ioachimi in Petrum Ramum pro Ariſtotele orationes 2.
Ioachimi Ringelbergij dialectica.
Ioannis Altenſteig dialectica.
Io. Arborei introductio in dialecticam.
Ioan. Buridani logica.
Ioã. Cæſarij dialectica, multis hactenus Academijs recepta.
Ioan. Cuelliacus de conſtitutione artis logicæ.
Ioan. Damaſceni logica.
Ioan. Eccij Elementarium dialecticæ.
Ioan. Ferrerij Pedemontani ſelectarum introductionum ad logicen liber.
Ioan. Franciſci Pici dialectica.
Ioan. Hoſpiniani Steinani dialecticæ libri 6.
Ioan. Ludouicus Viues de inſtrumento probabilitatis.
Eiuſdem de cenſura ueri libri 2.
Io. Monhemij epitome dialectices.
Ioan. Philoſophi quæſtiones diuerſæ in logicam, Græcæ in biblioth. Vaticana.
Ioan. Riuij de dialectica, lib. 6.
Io. Spangebergij dialecticæ erotemata.
Io. Sturmij partitionum dialecticarum, libri 2. eruditiſſimi: in omnes iam dialecticæ partes (ut audio) publicati.
Io. Viſorius de intuentione & iudicio.
Iodoci Clichthouei introductiones in ſingulas dialecticæ partes & terminorum cognitionem apud Ariſtotelem: cum Io. Cæſarei commentarijs.
Iodoci Trutuetter Iſennachenſis, Summula totius logicæ.

Iodoci

Iodoci Vuillichij dialectices Erotemata libri 3.
Isidorus de dialectica lib. 2. Etymologiarum.
Laurentij Maioli Genuensis Epiphyllides in dialecticis.
Laurentij Vallæ de dialectica lib. 3.
Lucij Apuleij dialectica.
Marsilij de Ingen dialectica.
Martini Borrhai Cellarij de censura ueri & falsi, opus doctissimum, introductio in Aristotelis libros perihermenias & Priora.
Michaëlis Psellj logica.
Nicephori Epitomen logicæ siue de arte differendi, Georgius Valla transtulit.
Otho Vuerdmyllerus lib. 1. cap. 17. de dignitate usu & methodo philosophiæ moralis, multa exempla dialecticarum præceptionum recitat.
Pauli Perguleñ. logica.
Pauli Veneti logica duplex.
In eandem commentarius Mengi Auentini.
Petri Hispani Summula.
In eandem commentarij Christophori Hegendorphini, Georgij Bruxelleñ. Gerardi Listrij, Petri Tartareti, Versoris.
Petri Mantuani logica.
Petri Ramij Veromand. dialecticæ institutiones. Eiusdem animaduersiones in Aristotelem Ioachimus Perionius & Antonius Goueanus impugnauerunt.
Philippi Melanchthonis dialecticæ libri 4. utilissimi & doctissimi.
Plotini liber de animæ triplici reditu, aliâs de dialectica,
Raymundi Lullij ars magna generalis, & ultima.
Ars inuentiua Raymundi Lullij qualis, Hen. Cornel. Agrippa.
In eiusdem artem ueterem Antonij Andreæ quæstiones.
In artem breuẽ Raymundi Lullij commentaria Hen. Cornelij Agrippæ.
Rabi Symeonis logica Hebraica, & Latina Seb. Munstero interprete.
Theobaldi Billicani dialecticę epitome.
Thomę Aquinatis Sũma totius logices.
Vincentius Belluacen̄. de logica Speculi doctrinalis lib. 4.
Zachariæ Preyerij dialectica.
¶ Dialectica progymnasmata sine authore, Vuesthemerus excudit Basileæ 1536. in 8.

TITVLVS IIII. QVI SCRIpserint in totum Organum Aristotelis.

LEge initium Tituli tertij.
Aristotelis organum seorsim excusum est Græce 1546. in 4. à Bebelio: & Parisijs etiã si bene memini.
Argumenta capitum annotauimus in primo Tomo.
Antonius Goucanus Porphyrij librum de quinq; uocibus eleganter transtulit: & totam Aristotelis logicam similiter se conuersurum promisit.
Aduersus Petri Rami in Aristotelem animaduersiones, Ioachimus Perionius et Antonius Goueanus scripserunt.
Laurentius Valla in dialectica sua multa in Aristotele pueriliter & inepte reprehendit.
Auicenna in logicam.
Georgij Bruxellensis in logica Aristotelis commentarij.
Georgij Pachymerij in organum Aristotelis epitome. Eadem Latine Ioanne Baptista Rasario interprete.
Gerardus Odo in logica Aristotelis.
Herueus Briton, uide inferius in Thoma Aquinate.
Iacobi Fabri Stapulensis in totam logicam Aristotelis paraphrasis, cum Iodoci Clichthouei cõmentarijs. Item introductiones in eandem.
Ioan. Eccius in dialecticam Arist.
Io. Hospinianus scripsit Erotemata in categorias Aristotelis, & pergit in reliquos etiã organi libros similiter scribere, ita docte ut captũ interim adolescentium nõ excedat. Aedentur autem breui, ut spero.
Io. de Lapide explanauit omnes libros logicæ Aristotelis.
Iodoci Clichthouei introductio in terminorum cognitionem, & libros logicorum Aristotelis, cum Ioan. Cæ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [106] - 45r
PUBLIC DOMAIN

sarij commentarijs.
Martini Polichij in totam Aristotelis logicam commentarij.
Nicolaus Dorbellus super logicam Aristotelis.
Scholarij expositio in logicam Aristotelis, Græca.
Thomæ Aquinatis nomine impressam Summam logicę Aristotelis, Herueo Britoni aliqui tribuunt.
In Aristotelis dialecticam annotationes iuxta Thomam Aquinatem, &c. impressæ in fol. 1495. Coloniæ, ut uidet.

TITVLVS V. QVI SCRIpserint de quinq; uocibus, aut commentarios in quinq; uoces Porphyrij, Græci primum, deinde Latini.

DE quinq; uocibus, quas prædicabilia recentiores aliqui & Vniuersalia uocant, multa tradit Aristoteles lib. 1. Topicorum.
Porphyrij quinq; uoces, siue Introductio in decem categorias Aristotelis, Latinas fecit Antonius Goueanus, & Ioachimus Perionius, qui etiã annotationes adiecit.
Io. Philoponi commentarius in v. uoces Porphyrij.
Synopsis quinq; uocũ Porphyrij Græca, nescio cuius authoris: ego ex indice bibliothecæ cuiusdam Italicæ descripta hæc uerba habeo.
In quinq; uoces apud Porphyriũ commentariolus Nicephori Blemmidæ, interprete Iacobo Foscareno.
In easdem Georgius Pachymerius, eodem interprete.
Michaëlis Pselli paraphrasis siue compendium in quinq; uoces Porphyrij, eodem interprete.
In 5. uoces Porphyrij Georgius scholasticus, & Dauid quidam, Græce.
Ammonij Hermeæ commentaria copiosa in v. uoces: Latina fecit Pomponius Gauricus.
De qualitate & specie Plotinus.
¶ Angelus Politianus de quinq; uocibus Porphyrij.
Anitij M. S. Boëtij translatio & cõmentarius in Porphyrium.
Io. Arboreus in Porphyrium.
Danielis Barbari patricij Veneti in v. uoces Porphyrij expositio omnium doctissima.
Antonius Musa Brasauolus, Io. Arboreus, Io. Cuelliacus, & Paulus Venetus, commentarios dederunt in easdem. Rodolphus Agricola, & Io. Scotus quæstiones.
Thomæ Aquinatis, & Thomæ de Vio commentarij.
De natura generis, Thomas Aquinas.
De natura accidẽtis, Thomas Aquinas.

TITVLVS VI. QVI SCRIpserint de decẽ summis generibus, quæ Græci categorias, Latini prædicamenta uocant, aut cõmentarios in Aristotelis categorias, aut aliquid ad prædicamenta ex parte aliqua referendum: De Græcis primum, deinde de Latinis scriptoribus.

ARistoteles de generibus decem entium in Categorijs prima Organi parte docuit, & in quinto primæ philosophiæ libro, quanquam ratione diuersa.
Aristotelis Prædicamenta castigauit Petrus Ioannes Oliuarius.
Adrastum in prædicamenta Aristotelis scripsisse, Galenus author est.
Vide qui scripserint integras dialecticas, uel in totum Organum, uel in Aristotelis omnia, &c.
Argumentum & alia quædam annotauimus Tomo 1. folio 73. a.
Ammonij Hermeæ in prædicamẽta Aristotelis cõmentarij, per Bartolemæũ Syluanum Saloneñ. cõuersi, & à Gastono Sala recogniti.
Dexippi in Aristotelis categorias commentarius.
Simplicij commentarius Græcus copiosus, quorũ interpres Latinus est Guilhelmus Dorotheus.
Michaëlis Pselli paraphrasis & epitome in Aristot. categ. Græce, & Latine Iacobo Foscareno interprete.
Dauid quidam Græce scripsit in Prædicamenta Aristotelis.
Aspasij commentarios in Aristo. categ. Galenus citat.
Georgij Pachymerij epitome Græca, & Latina, Iac. Foscareno interprete.

Maxi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [107] - 45v
PUBLIC DOMAIN

Maximus philosophus et martyr in Aristotelis prædicamenta.
Paraphrasis prædicamentorum, & aliorum aliquot operum Aristotelis, Græce extat Romæ in Vaticana, incerti authoris: & alibi in Italia.
De ente & decem prædicamẽtis, Geor. Gemistus.
De sex principijs Gilber. Porretanus.
¶ Ioan. Hospinianus in prædicamenta nuper Erotemata scripsit.
Aristotelis categoriæ à D. Augustino decerptæ, Tomo primo operũ eius habentur. Aliàs, Dialectica principia & categoriæ Augustini.
In Aristotelis prædicamenta translatio & cõmentarius Anitij M.S. Boëtij.
Arist. categ. interprete Ioach. Perionio.
In prædicam. Arist. Isagoge Ioan. Murmellij.
In eadem cõmentarius Io. Arborei.
Super ijsdem Quæstiones Io. Scoti.
De sex principijs Quæstiones Ant. Andreæ.
De prædicamẽtis Armandus.
De prædicamento qualitatis tabula Gasparis Bruschij.
Quatuor species habitus distinguũtur, Pet. Lombardus 3.7.

TITVLVS VII. DE PRONUNCIATO *uel enunciatiõe qui scripserint, siue per se, siue in Aristotelem, uel aliquid saltem huius argumenti.*

ARistotelis περὶ ἑρμηνείας, id est, de interpretatiõe, libri capita primo Tomo recensuimus. Castigauit hũc librum Petrus Io. Oliuarius, Latinitate donauit Ioach. Perionius.
Commentarius in hunc librum Ammonij Hermeæ.
Paraphrasis Michaëlis Pselli.
Alexandrum Aphrodisiensem etiam in Aristotelẽ de interpretatione scripsisse testatur Augustinus Niphus.
Aristotelis peri hermenias liber, Anitio M.S. Boëtio interprete: adiecta Michaëlis Pselli paraphrasi, nũc primũ Latinitate donati, illustratus, restitutis locis omnibus qui antehac corrupti habebantur. Librũ hoc titulo Hieronymus Scotus Venetijs excudit 1541. in fol. chartis 14.
Augustinus Niphus hunc librum transtulit & exposuit.
Gratiadeus Esculanus scripsit supplementũ cõmentariorũ Thomæ Aquinatis in Aristotelẽ peri hermenias.
Martinus Borrhaus Cellarius de enunciato scripsit ex Aristote. peri herm.
Io. Hospiniani in Arist. peri herm. Erotemata.
Io. Arborei commentarij.
Quæstiones Ioã. Scoti super Aristotele peri herm.
Quid significet & quid à nostris appellatum sit, quod axioma dialectici dicunt: Et quædã alia quæ prima in disciplina dialectica tradunt, Gel. 16. 8.
De propositionib. modalibus, Thomas de Aquino.
Ars oppositorum, Caroli Bouilli.
De quatuor oppositis, Thom. Aquinas.
De relatiuorum natura dialogus, Nicolai Leonici Thomæi.
Dialecticorum regula de contrarijs ubi fallit, Lombardus 2.34.
De futuro contingenti quæstio Guilelmi Manderston.
De propositionibus necessarijs atq; contingẽtibus regula dialectica, Proclus in comment. in Alcibiadem, Basilien sis æditionis apud Bebelium 413. 21.
In compendio de syllogismis, quod nos transtulimus, ab initio quędã de propositionibus breuiter perstringuntur.

TITVLVS VIII. DE SYLLOGISMO *in genere qui scripserint, aut in Priora Analytica Aristotelis, aut quidquis quod aliqua ex parte ad syllogismi rationem pertineat.*

PRiora analytica Aristotelis de syllogismo pertractant in genere. Argumenta in singulas capita quære in primo Tomo.
Petrus Io. Oliuarius Aristotelis Priora castigauit.
Alexandri Aphrodisiensis explanationem in primum librũ Priorum Resolutoriorum Aristotelis, Ioan. Bernardus Felicianus Latinam fecit.
Magentinus in analytica Aristotelis Lonicero interprete, cuius translationẽ nondum æditam puto.
Io. Grammatici Philoponi cõmentarij

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [108] - 46r
PUBLIC DOMAIN

in duos libros Priorum Aristotelis, Guilelmo Dorotheo interprete.
In Aristotelis Priora cõmentarij extant Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli, authore incerto, quorũ initiũ est: ὁ σκοπὸς τ̃ παρούσης πραγματείας διαπεφώνηται.
Io. Francisci Buranæ in eadem Cõmentarij.
Augustinus Niphus in Priorũ libros 2.
In analytica Thomas de Vio.
De syllogismis compendium Simplicij extat.
Authoris incerti compendiũ Græcum de syllogismis, quod nos Latinum fecimus.
De ratione expedite argumentandi, Georgius Valla.
Anitij M. S. Boëtij de categorico syllogismo libri 2.
Eiusdem ad categoricos syllogismos introductionis lib. 1.
Eiusdẽ de syllogismo hypothetico lib. 2.
Martini Cellarij Borrhai de syllogismo libri 2. doctissimi.
De natura syllogismorum Thomas Aquinas.
De inuentiõe medij Thomas Aquinas.
Quibus uerbis Aristoteles philosophus definiuerit syllogismum: eiusq; definitionis interpretamentũ uerbis Latinis factum, Gellius 15.26.
Quod parum æqua reprehensio Epicuri à Plutarcho peracta sit in syllogismi disciplina, Gellius 2.8.
Quod Plinium Secundum, hominem non indoctum latuerit uitium argumenti, quod antistrephon Græci dicunt, Gellius 9. 16.
Biantis de re uxoria syllogismum non posse uideri antistrephonta, Gel. 5. 11.
De argumẽtis, quę Græce antistrephonta appellantur, nobis reciproca dici possunt, Gellius 5.10.
Antistrephonta, Anthologij Max. Planudis lib. 6. sectione 4.
Non esse uerum, Ciceronem in libro de amicitia uitioso argumẽto esse usum ἀμφισβητουμένου, Gell. 17. 5.
De inerti cuiusdã argumentatione, Sebast. Montuus medicus, lib. 1. dialexi quinta.
Secundũ seipsum, Proclus in Alcibiad. æditionis Basil. Latinæ 472. 57.
Luscinię syllogismorũ Aristotelis, Tzetzes uariæ hist. 8. 244.
Ad syllogismorum rationem multa passim in Galeni scriptis, & exempla et præcepta reperiuntur: quorum plurima in Indice præsertim Basilien. æditionis, quæ Galeni opera omnia nobis dedit Latina, ostendi crediderim.

TITVLVS IX. QVI SCRIpserint de demonstratione, uel in Aristotelis Analytica posteriora, uel de aliqua huius methodi parte.

ARistotelis posteriorum Analyticorum, uel de syllogismo perfecto & demonstratiuo libri 2. Diuisionem et argumenta capitum in primo Tomo recensuimus.
Ex Ammonij colloquijs commentarios in posteriora Aristotelis Io. Philoponus ædidit, adiectis etiã propriis quibusdam meditationibus.
Eustratij cõmentarius in posteriorum librum secundum. Idem ab Andrea Gratiolo in Latinum sermonẽ transfusus est.
In Aristotelis posteriora Themistij paraphrasis. Eadem Latine Hermolao Barbaro interprete.
In eadem paraphrasis Georg. Gemisti.
In eadem Cyri Theodori Prodromi interpretatio Græca.
Incerti authoris in eadem commentarij Græci, impressi Venetijs 1534. in folio, cum alijs quibusdã. Extant Venetijs in bibliotheca S. Antonij, Græci commentarij in posteriora incerti authoris, nescio an ijdem.
Georgij Gemisti paraphrasis in demonstrationes.
¶ In primum Posteriorum Apollinaris opus.
Super Posteriora Antonius (forte Mengus) Fauentinus.
In Post. Arist. Martinus Akakia.
In Analytica, Thomas de Vio.
Thomæ Aquinatis cõmentarij in Post.
In eosdem Quæstiones 20. Dominici Flandrensis.
Antonij Coronel expositio super libros poste-

posteriorum Aristotelis, insertis quæ stionibus.
Pauli Veneti in Post. Arist. libri 2.
Ioan. Sturmij de demonstratione liber optimus.
Iustus Velsius & Iacobus Schegkius libros de demonstratione ædituros se promiserunt.
Collatio de diffinitõdo, Ioseph monachi.
Definitiones Platoni attributæ.
Fratris Ioannis diffinitiones uocabulorum aliquot.
De definitiõibus, Arist. lib. 7. Metaphys.
De definitionibus lib. 1. Anitij M. S. Boëtij.
De diuisionibus lib. 1. eiusdem.
De ordine resolutiuo, Anton. Gallus.
De demonstratione, Thomas Aquinas.
De demonstratione liber Abraham de Balmis.
De optimo docendi genere Galeni liber, quem D. Erasmus Rot. transtulit. Est autem contra Pyrrhonios, qui omnem certæ cognitionis & demonstrationis, imò sensus quoq; fidem negabant.
De nouem doctrinarũ ordinibus Paulus Ritius.
De tribus doctrinis ordinatis siue docendi ordinibus, secundum Galeni sententiam, Nic. Leonicenus.
Galeni de demonstratione libros amisimus: quãuis incertus quidã rumor eos adhuc in Italia latitare, feratur.
Galenus in arte parua, ut uocant: & in methodo therapeutica, & de constitutione artis & alibi, multa passim ad demõstrationis usum pertinentia docet: nec dubito quin Index Basiliẽsis æditionis, quæ omnia Latina Galeni opera nobis dedit, plurima huiusmodi ostendit.
Io. Manardus, & si qui alij in artem parua Galeni scripserunt, multa de tribus methodis, ab initio statim docẽt.

TITVLVS X. QVI DE LOcis dialecticis scripserint, uel in Aristotelis Topica, uel quibus ad expeditam inuentionem argumentorum utile.

ARistotelis Topicorum, siue artis inueniendi syllogismos dialecticos et probabiles, libri 8. Diuisionem & argumenta capitum per singulos libros in primo Tomo recensui.
Vide qui in totum Organũ, uel omnia Aristotelis scripserint.
Alexandri Aphrodisiensis in Aristotelis Topica cõmentarij Græci, & Latini Guilhelmo Dorotheo interprete: & rursus Marco Masuro interprete.
Scholia quædam in Aristotelis Topica Græce extant Romæ in Vaticana, nescio cuius authoris.
Ioan. Hypati cõmentarij in secundum, tertium, & quartum Topicorum.
Topicorum Aristotelis libros 8. Ioachimus Perionius Latinos fecit, & commentationes addidit, in quibus Topica Ciceronis cum his Aristotelis coniungit.
In Arist. Topica libri 6. Commentarium Anitij M. S. Boëtij.
In octauum Topicorum Simonis Grynæi commentarius, una cum tabula.
Antonij Democharis Galli Hypomnema doctissimum in octo libros Topicorum Aristotelis.
In eosdẽ cõmentarius Augustin. Niphi.
De topicis differentijs libri 4. Anitij M. S. Boëtij.
Topicorum liber 1. Eusebij Cæsariẽn.
M. T. Ciceronis Topica ad Trebatium.
In Topica Ciceronis scripserunt B. Latomus, Phil. Melanchthon, Io. Visorius, Georg. Valla, et Christophorus Hegendorphinus.
Rodolphi Agricolæ de inuentione dialectica libri laudatissimi. Extat in eos Philippi Melanchthonis præfatio.
In eosdẽ scholia Io. Matthæi Phrissemij. Epitome, Alardi, Io. Visorij, & Bartolemæi Latomi.
Dragmata locorum Christophori Hegendorphini.
De locorum usu libri 3. Gerardi Bucoldiani.
Georgius Valla in libello de expedita ratione argumentandi.
Topicus dialogus Pauli Roselli iurisconsulti.
Topica uel dialectica legalis, Petri Andreæ Gammari.
Topica legalia Cl. Cantiunculæ.

Quæ ualeant ad fidem faciendā, & quibus maxime credamus, Petrus Lagnerius in Sententijs ex Cicerone.

Ars oppositorum Caroli Bouilli, cum eiusdem commentarijs: ad copiose & expedite quauis de re dicendum, & ab una arte in aliam transgrediendum utilis.

Hanc dialecticæ de locis partem, rhetores ferè sibi uendicarunt, & copiosius excoluerūt. Habent autem suos in singulis orationum & causarum generibus locos, multos etiam communes ut Aristoteles in Rhetoricis ad Theodecten, Hermogenes in libro de statibus, &c.

Enumerationē locorum ex Topicis Aristotelis, uide Titulo 12.

TITVLVS XI. DE ELENchis & sophisticis syllogismis qui scripserint, aut in Aristotelis Elenchos, aut aliquid ad sophismata utcunq; referendum.

ARistotelis Elenchi, siue de syllogismo sophistico libri 2. Diuisionē & argumenta capitū in primo Tomo recensuimus. Latinos fecit Simon Grynæus: & Ioachimus Perionius, cum annotationibus.

Vide supra qui scripserint in totum Organum, & infra in Metaphysicis, qui in omnia Aristotelis.

In Elenchos soph. Aristotelis, Alexandri Aphrodisiensis commentarij.

In eosdem Michaël Ephesius: & anonymus quidam Græcus in bibliothecis Italiæ.

De sophisticis elenchis Nicephorus Bl.

In Elenchos Arist. August. Niphus.

Thomæ Aquinatis commentarij de fallacijs.

In eosdem quæstiones 23. Dominici de Flandria.

In sophismatum artem Io. de Lapide.

Cauillationes stultarum subtilitatū, Rugerí Suiceti.

In Diogenis sophismata commentarius Procli Stoici.

De amore ueritatis & odio sophistices, oratio Philippi Melanchthonis.

Contra sophistas uide quædā supra Titulo 1,

Quem Aegyptium sophisten intelligamus, Cælius 20.31.

Litigiosi inscribuntur dialogi quidam Platonis, ut Euthydemus.

De sophistis pluscula; Parij sophistæ, Cælius 19.17.

Quali talione Diogenes philosophus usus sit, per tentatus à Dialectico quodam sophismatico impudenti, Gellius 18.13.

Notat eos qui in tanta temporum egestate puerilibus sophismatibus indulgent, Seneca lib. 6. epist. 49.

De uera philosophi magnitudine, quā sophismata, id est, cauillationes, præstare non possunt, Seneca lib. 19. epistola 112.

Sophismata quædam, Gellius 18.2.

Quod Chrysippus philosophus omne uerbum ambiguū dubiumq; esse dicit: Diodorus cōtra nullum uerbum ambiguum esse putat, Gellius 11.12.

Ceratinæ qui sint apud Quintilianum, Politian. 1.54. Miscel.

Qui sint crocodilitæ apud Quintilianum, Politian. 1.55. Miscel.

Dialogus quidam in Colloquijs Erasmi multa sophismata continet.

TITVLVS XII. CONTINET enumerationem locorum ex Topicis Aristotelis.

ANtonius Democrates doctissimos in Topica Aristotelis commentarios scripsit, tabulas locorum aliquot libris subiecit, quas huc adscribere placuit, ut charta Ternionis (ut uocant typographi) impleretur; Singulos enim libros seorsim esse uoluimus, ut à cæteris libris ad usum separari possent.

¶ *Loci omnes quibus docuit libro* SECVNDO *Aristoteles differendi copiam in problema accidentis, numero 37.*

1. Prædicamentorum distinctio.
2. Partes & totum. 3. Definitio.
4. Instantia. 5. Authoritas.
6. Aequiuocum. 7. Amphibolia.
8. Trāsumptio. 9. Subiectū genus.
10. Supposita species. 11. Genus prædicans & species. 12. Definitionē destruen-

deſtruentia, 13. Antecedẽtia & conſequentia, 14. Tempus. 15. Digreſſio. 16. Conſequentium multitudo. 17. Contraria immediata, 18. Etymologia. 19. Differentiæ. 20. Polyonyma. 21. Contrarietatum complexio. 22. Contraria mediata, 23. Contrariorũ connexio. 24. Contrariorum ſubiectum. 25. Contradictoria. 26. Contraria. 27. Priuantia. 28. Relata. 29. Coniugata & caſus. 30. Contraria coniugatorum. 31. Cauſæ & euenta. 32. Proportio bifariam. 33. Comparatio maioris quadruplex. 34. Parium trina comparatio. 35. Appoſitio dupliciter. 36. Comparatiuus. 37. Determinatio loci, temporis, uel modi.

¶ *Loci Themiſtij, Ciceronis & Agricolæ, ad Ariſtotelis locos (qui numeris ſignificantur) relati.*

THEMISTII. Definitio 3. Deſcriptio 3. Interpretatio 18. Conſequentia 16. Genus 9. 11. Species 10. Pars 2. 10. Efficiens 31. Materia 31. Forma 31. Finis 31. Generatio 31. Corruptio 31. Vſus 31. Communiter accidens 19. Caſus 29. Coniugata 29. Diuiſio 2. 10. Iudiciũ 5. Simile 34. Maius 33. Minus 33. Oppoſita 25. 26. Proportio 32. Tranſumptio 8.

CICERONIS. Totum 3. Partes 2. 10. Notatio 18. Cõiugata 29. Genus 9. 11. Forma 10. Simile 32. 34. Differentia 1. 19. Contraria 25. 26. 27. 28. Adiuncta 19. Antecedentia 13. Conſequentia 16. Repugnantia 26. Efficiens 31. Effectum 31. Comparatio 33. 34. Iudicium 5.

AGRICOLAE. Definitio 3. Genus 9. 11. Species 10. Proprium 3. 8. Totum 9. 11. Partes 2. 10. Coniugata 29. Adiacentia 19. Actus 19. Subiecta 24. Efficiens 31. Finis 31. Effecta 31. Deſtinata 31. Locus 37. Tempus 14. 37. Connexa 19. Contingentia 19. Nomen 18. Pronunciata 5. Comparata 33. 34. Similia 32. Oppoſita 25. 26. 27. 28. Differentia 1. 19.

¶ *Loci 59. in* TERTIVM *Topicorum Ariſtotelis, in Problema eligibilioris uniuerſale.*

1. Tempus. Authoritas. Genus. Propter ſe. Secundum ſe. Cauſa per ſe. Simpliciter bonũ. Natura bonum. Subiectũ dignius. 10. Proprium. Subiectũ melius. Finis. Propinquitas finis. Fines medij. Poſſibile. Finis melior. Proportio. Comparatiuus. Cõſequentia. 20. Numerus. Voluptas. Opportunitas. Totum tempus. Independens. Cauſæ. Propinquius. Similitudo boni. Similitudo melior. Similius bonum. 30. Dignitas. Difficultas. Proprietas. Malorum incommixtio. Comparatio poſitiui. Superlatiuus. Amici. Bonum amicorum. Circunſtantiæ. Cõmodius. 40. Independens. Diſſimulatio. Increpatio minor. Increpatio maior. Propria uirtus. Bonorum effectiua. Caſus & coniugata. Comparatiuus. Superabundantia. Eligibile propter ſe. 50. Appoſitio eidem. Adiunctio minor. Ablatio. Propter ſe. Propter ſe & gloriam. Magis propter ſe. Diuiſio eligibilis. Propter melius. Impedimenta uirtutum. Solum eligibile.

¶ *Loci 7. ad differendum in omne problema comparationis uniuerſale.*

Natura. Cauſa efficiens. Comparatiuus. Adiunctio. Remotio. Impermixtio. Definitio.

¶ *Loci 9. ad particularia problemata conducentes.*

Oppoſita, coniugata, & caſus. Corruptiua & generatiões. Minus, maius, & par. Hypotheſis. Indefiniti natura. Definiti cognitio. Diuiſio ſubiecti. Diuiſio generis ſubiecti. Diuiſio prædicati.

¶ *In* QVARTVM *Topicorum Ariſtotelis loci ad problema generis 73.*

1. Cognata. Accidẽtis prædicatio. Definitio accidentis. Prædicamenti diſtinctio. Speciei participatio. Spe-

ciei uerificatio. Specierũ participatio. Speciei maior prædicatio. Aequalis species. 10. Indiuidua. Diuersum genus. Superioris prædicatio. Speciem participantia. Generũ prædicatio. Species subalterna. Vniuoca prædicatio. Differentia prædicans. Differẽtia subiecta. Genus speciei subiectum. 20. Differentia speciei subiecta. Genus differentiæ subiectum. Genus pro differentia. Differentiarum prædicatio. Species prior. Species inseparabilis. Contrarium genus. Speciei communicatio. Aequiuocatio. Vnitas speciei. 30. Metaphora. Speciei contrarium. Species contraria. Genus contrarium. Medium contrariorũ. Media uarie eloquuta. Mediũ contrariorum generis. Contrarium genus. Contraria & media. Casus & coniugata. 40. Proportio. Generationes & corruptiones. Causæ efficientes. Oppositа priuatiue. Cõtradictoria. Relatiua. Vnitas relationis. Superiorum relatio. Casuum similitudo. Cõuersio casuum similis. 50. Numerus relationum idem. Opposita species. Relatiuorum diuisio. Habitus & actus. Consequentia. Subiectum. Species. Electio. Bonũ per se. Generũ cõmunio. 60. Differentia. Subiectum & passum. Passio. Totum. Transcendens. Quod subiecto insit. Non ab uniuoco. Transsumptio. Paria. Magis & minus. 70. Magis & paria. Prædicatio in quid. Denominatiua. Consequentia.

¶ *In* QVINTVM *Aristotelis Topicorum, Loci, quibus destruere contingit problema pro prij simpliciter, & construere aliquo modo, 14.*

Ignotius. Si cuius sit ignotum. Aequiuocum proprium. Aequiuocũ subiectum. Frequenter dictum. Transcendens. Otiosum. Idem uel pars. Oppositа, uel simul, uel post. Accidens. Ipsum nunc. Sensibile. Terminus. Genus.

¶ *Loci ad problema prorij simpliciter & destruendum & construendum, 26.*

1. Cõuersio. Subiectum. Participatio. Tempus. Idem. Idem genere. Eiusdem distinctio. Natura. Alterũ subiectum. 10. Indeterminatio prorij. Definitiua. Similaria. Contraria. Relatiua. Priuantia. Contradictio. Quæ sunt eiusdem diuisionis. Coniugata & casus. Proportio. 20. Eodem modo habentia. Causæ. Idea. Magis & minus. Paria. Potentia. Superabundantia.

¶ *In* SEXTVM *Topicorum Aristotelis. Quinq; primi loci, ob obscuritatem non bene definiri quippiam indicant: reliqui quinq; ob superfluitatem.*

Aequiuocum. Metaphora. Inconsueta nomina. Contrarij definitio. Definiti ignorantia. Cõmune nomen. Ablatio. Pars inferior. Frequenter dictum. Additio.

¶ *Infirmatur definitionis positio, his sequentibus locis 77.*

1. Oppositа. Idem. Differentia eiusdẽ diuisiõis. Inferiora. Generis absentia. Iminutio. Genus tum propriũ tum cõmune. Differẽtia. Negatio. 10. Species. Genus. Prædicatio in quid. Accidens. Prędicatio differentiæ de genere. Genus prædicans de differentia. Prædicatio speciei. Differentia posterior specie. Distinctio generum. Determinatio loci uel alterius. 20. Affectus. Generis distinctio. Accidẽs relatiui. Posterior habitudo. Subiectum. Tempus. Comparatio secundum magis. Magis & minus. Dissimilitudo intensionis. Cõparatio facta duobus. 30. Magis. Differentiarum distinctio. Definitio. Correlatiuum. Mediũ. Actio. Circũstantiarũ defectus. Defectus differentiæ apparentis. Coniugata. Species relatiua. 40. Definitio correlatiui. Definitio contrij. Priuatiue contraria. Contraria secundum habitum. Subiectum priuatiõis. Priuatio. Casus. Idea. Et reliqui, ob chartæ angustiã omissi.

FINIS LIBRI DE DIALECTICA.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [113] - 48v
PUBLIC DOMAIN

PARTITIONVM VNIVER

SALIVM LIBER TERTIVS, DE RHETORICA.

IOANNI OPORINO TYPOGRAPHO AB ERVDITIONE ET DILIGENTIA LAV= datissimo, Conradus Gesnerus S. D.

VANQVAM permulti optimi libri, ueteres, noui, Græci, Latini, eruditi, utiles, iucundi, rari, alij alijs et singuli sanè multis laudibus præclari, doctissime Oporine, ex Officina tua Troiani instar equi fœcunda, in lucem prodiuerint, & plures quotidie prodeant: Partitiones tamẽ oratorias, in quo genere plurimos insignes libros apud te natos nũc præcipue memini, tuo maxime nomini inscribendas duxi. Nam, ut aliquos huius argumenti enumerem, tua opera in studiosorum manus uenerunt, Aristotelis rhetoricorum libri 3, ad Theodecten, ab Hermolao Barbaro Latinitate donati, & Danielis Barbari scholijs illustrati: Theonis sophistæ progymnasmata rhetorica Græce, & Latine reddita per Ioachimum Camerarium: In Ciceronis rhetoricos libros omnes: & in eiusdem Orationes, Philosophica, & Epistolas omnes commentaria: & in Tusculanas quæstiones Ioachimi Camerarij commentarij: Collectanea rhetoricæ, cum Tabulis Mosellani, rhetoricæ Philippi, & ad Herennium, & alijs: Elementa rhetoricæ Ioachimi Camerarij: In T. Liuij conciones omnes Ioachimi Perionij annotationes: Demosthenis orationes duæ contra Androtionem & Lepinen, Bassiano Lando & Petro Nanno interpretibus: Marij Nizolij obseruationes in Ciceronem: Basilij Zanchi uerborum Latinorum ex uarijs authoribus epitome: Vituuij Roscij de perfecta elocutione & scribendis epistolis liber. Hæc & alia plura forte, quæ nondum uidi aut non memini ad rhetoricen pertinentia, studiosis publica fecisti: in cæteris uero philosophiæ partibus, & facultatibus, ut multi uocant, quæ & quot egregia uolumina apud te nata renatáue sint, in præsentia enumerare nimis prolixum foret: neq; si uelim etiam, omnia possem: aliqua tamen è multis nominabo. In philosophia igitur excusa à te sunt, Porphyrij quinq; uoces Ioachimo Perionio interprete, & isagogæ quædam in Aristotelis dialectica, & philosophiam: Aristotelis categoriæ, de interpretatione liber, Topica & Elenchi eodem interprete cum annotationibus in singulos: Ioachimi Perionij de dialectica libri 3. Ethica cum commentarijs Eustratij, Aspasij & aliorum, Bernardo Feliciano interprete: Politica Aristotelis Ioachimo Perionio interprete, cum eiusdem annotationibus, & Martini Borrhai: De magistratibus Atheniensium Gul. Postelli liber. In physica epitome Basilij Zanchi: Theophrasti opera Græce. In re medica, Andreæ Vesalij de humani corporis fabrica libri 7. Eiusdẽ Epitome Latine et Germanice: Bassiani Landi de historia corporis humani libri 2. Eiusdẽ Iatrologia, siue Medicæ artis methodus: Antonij Fumanelli libri de febribus, balneis, &c. Hippocratis opuscula præparatoria Iano Cornario interprete: Iusti Velsij opuscula medica: Leonardi Fuchsij Methodus medicinæ, De componendis medicamentis libri 3. & ratio medendi morbis, siue practica à capite ad pedes, & chirurgica, quos libros Fuchsij omnes hoc tempore nouos & auctissimos hoc anno 1548. excudisti: Polybi opuscula Albano Torino interprete: Aphorismi Hippocratis à Morisoto trãslati & illustrati. In iurisprudentia, Andreæ Alciati parergon lib. 10. Ant. Augustini emendationum iuris atq; opinionum libri 4. Catelliani Cottæ I.C. Memoralia: Constitutio Caroli V. Imp. de causis criminalibus, cum commentarijs Iustini Gobleri: Francisci Balduini in Iustiniani Imp. leges rusticas cõmentarij. Ant. Garronis in Pomp. de origine iuris commentarij: Iustini Gobleri in l. respiciendum explanatio: Nicolai Belloni I.C. Supputationes iuris. Eiusdem repetitiones aliquot, &c. Pilei I. C. ordo iudiciarius: Tabulæ Institutionum Iustiniani Imp. In Theologia, Alcoranum Mahumetici, unà cum confutationibus diuersorum, Græcis pariter ac Latinis, rerumq; Saracenicarum historijs. Io. Cantacuzeni Constantinopolitani Imper, contra sectam Mahumeticam libri 4. Græce & Latine: Christiana pœmata diuersorum authorum: Io. Chrysostomi de sacerdotalis muneris præstantia liber, Iano Cornario interprete: Pasquillorum Tomi duo: Epiphanij contra 80. hæreses libri, unà cum alijs eiusdem, Latinitate per Ianum Cornarium donati: De instauranda religione libri 9. Hermæ Lætmarij: Io. Oecolampadij Catechismus Osualdo Myconio interprete: Petri Martyris catechismus Italicus, siue Symboli expositio: Petri Oliuarij de prophetia & spiritu prophetico liber: Philippi Melanchthonis loci Theologici, postremo recogniti anno superiore puto: Gul. Postelli de orbis terræ concordia libri 4. & alij diuersi: Io. Rium de admirabili consilio Dei in celando mysterio incarnationis libri 3. Sibyllinorum oraculorum libri 8. Græci, & Latine redditi per Seb. Castalionẽ: Io. Lod. Viuis de ueritate fidei Christianæ libri 5. Theodori Bibliandri fidelis relatio de præsentium & futurorum temporum, itemq; Antichristi cognitione, optimaq; reipub. Christianæ moderatiõe, è solo Dei uerbo petenda. Grãmatica & alia diuersa nota ignotaq; præterea: atq; illa etiam quæ apud affinẽ nuũ Rob. Vuinter plurima te curante publicum acceperũt: ex quibus saltem Phauorini Camertis Lexicon Græcũ locupletissimũ, & Iulij Pollucẽ non possum nõ nominare.

Hoc certe nomine in primis omnes Officinæ tuæ fœtus cõmendari merentur, quod tute librorum castigationi assiduus ad præla pluς quàm Herculeis laboribus inuigilas, & cum monstrosis fœpe exemplarium mendis luctatus iamiam perituros in uitam & palingenesiam reuocas. Neq; uero te castigatius quisquam hoc muneris obire posset, qui ætatem hactenus omnem Græcæ & Latinæ linguæ clarissimis

ſcriptoribus legendis inſumpſeris. Faxit Deus omnipotens optima maxima benignitate ſua, ut eo ſucceſſu ſubinde pergas, quo te laborum tuorum non pœnitere poſſit unquam, ſed fructum inde capias uberrimum, tum ex ijs rebus quæ modeſtam huius uitæ felicitatem attinent, tum animi uoluptate: quotieſcunq; tecum animo reuolues innumeros libros, qui ad genus humanum tua cura peruenerunt, talenti nimirum tui uſuram pulcherrimam. Non enim in Verbo Domini tantum, quanquam id primum & maxime, ſed in artibus & operibus omnibus piam Deoq; gratam uſuram eſſe arbitror, ſi quis diligenter & bona fide, quantũcunq; ingenij & corporis uiribus efficere poteſt, quę diuinitus acceperit bona, quàm latiſſime extendat, & omnino publica faciat. Quo ſanè conatu nihil melius poſt Fidei quidem donum in rebus humanis reperio: & ita mecum ſtatuo, etiamſi nulla diuitiarum aut gloriæ ſpes inde affulgeret, tamen uel ob conſcientiæ tranquillitatem & otij fugam (otium enim ſiue corporis, ſiue animi in malos affectus redundat) labores in ſua cuiq; arte & conditione alacriter ſubeundos eſſe, etiam mechanicis hominibus, ex quorum arte anguſtior utilitas emanat: multò alacrius autem maioriq; animo ueſtræ uos profeſſioni, artium ut ego iudico omnium pulcherrimæ atq; utiliſſimæ, acquieſcere, & intra eius oblectationem uos continere debetis. Quod autem dixi, me poſt diuiniſſimum ſacroſanctæ Fidei donum, maximam in operum quidem cenſu laudem uirtuti huic attribuere, quæ ſuam conditionem frugaliter approbat, eaq; contenta nihil extra quærit, & piam ἀυτάρκειαν (quæ ambitioni & auaritiæ magnis uitiorum parentibus aduerſatur) laboribus ac diligentiæ coniungit, ut dum honeſtis negotijs huius uitæ uocationi, quæ ſua cuiq; eſt, incumbit, neq; pluribus aut re aut cupiditate ſeſe intricat, melius atq; liberius nouæ uitæ uocationem expectet: accedit, quod alijs quoq; frugalitate & operũ diligentia prodeſt. Hanc inquam opinionem meam uel diui Ioannis Baptiſtæ teſtimonio confirmauerim, qui publicanis hoc unice præcipiebat, ne quid amplius quàm quod conſtitutum eſſet ipſis exigerent: & militibus, ut contenti ſuo ſtipendio neminem ui aut calumnia læderent. Sed longius ab inſtituto ad argumentum aliud, quod copioſam omnino tractationem requirit, digredior: quod te philoſophandi magis animo factum, quàm quod Oporinum ultro currentem conſilio aut adhortatiõe noſtra indigere putarem, interpretari uelim.

Et quamuis tu hiſce non egeas, unus tamen aut alter fortaſſis, aut plures, hæc ſi forte legere dignentur, ſibi conſilium dari & fabulam de ſe narrari cogitabunt.

Vale. Tiguri, Nonis Ianuarij, anno Salutis 1548.

LIBRI TERTII DE RHETORICA TITVLI.

TITVLVS I. De rhetorica in genere, et eloquentiæ laudibus, & breuitate dicendi, & contra uanam eloquentiam: & quæ oratori futuro conducant, &c.

II. Qui in rhetoricam artem uel inſtitutiones abſolutas, uel introductiones, uel progymnaſmata, uel aliquid in aliorum huius argumenti libros ediderint, ordine literarum.

III. De locis aliquot rhetoricis, uel affectibus mouendis, & rhetoricæ partibus.

IIII. De elocutione & pertinentibus ad eam, ut numeris, periodo, ideis, pronunciatione.

V. De tropis & ſchematibus qui ſcripſerint, Græci, ac Latini ueteres & recentiores: in genere primum, deinde de ſingulis.

VI. De oratoribus, & uitis oratorum aliquot, ordine literarum.

VII. De declamationibus & exemplis eloquentiæ in genere.

VIII. Orationes diuerſæ ueterum & recentiorum, Græcæ & Latinæ, & aliæ, & coram principibus peroratæ, non ſine ordine.

IX. Orationes in genere demonſtratiuo.

X. Deliberatiui generis exempla quædam, & conſolationes, & petitiones.

XI. De iudiciali genere.

Libri

LIBRI TERTII DE RHETORICA

TITVLVS I. DE RHETORICA IN GENERE, & eloquentiæ laudibus, & breuitate dicendi, et cõtra uanam eloquentiam: & quæ oratori futuro conducant, &c.

RHETORICA, Iac. Magni Sophil. 1.2.3.
Oratoria, Bruſon. 4.31.
De artib. dicendi neceſſarijs, Phil. Melanch.
De utilitate ſtudij dicendi, oratiũcula Io. Saxonij Hatteſtedij.
De ratione dicendi, ſiue arte rhetorica Valentini Erythræi oratio.
De laudibus eloquentiæ, Omnibonus Leonicenus, Raph. Regius, Nic. Dathus, Omnibonus, Conradus Celtis, Auguſtinus Dathus, & Aeneas Syluius epiſtola 64.
In laudẽ eloquentiæ & Ciceronis, Phil. Beroaldus, & M. Ant. Sabellicus.
De utilitate eloquentię, oratio Phil. Me.
Luciani Hercules Gallicus.
Laudes oratorum, Auguſtini Dathi.
Rationẽ atq; orationẽ eſſe homini à natura tributã. Virtutẽ & uitiũ uerſari etiã circa orationẽ. Maximam eſſe uim atq; authoritatem orationis. Maximam eſſe in hominib. orationis uarietatẽ ac diuerſitatem, Pontanus lib. 1. de ſermone.
Rhetorum præceptor, libellus Luciani.
Oratio, Georg. Maior ex Similib. Vide quædam in Ethicis.
Sermo, Bruſonius 6. 2. & Octauianus Mirand. in Florib.
Dicere, Manipul. Florum.
De eloquẽtia, Octauianus, Manip. Florum, Lumen animæ 80. c. p. 2. Petrus Lagnerius, Hierem. Paduanus lib. 6. tertiæ partis.
De facundia, prouerbia ſynonyma in ſecundo indice Chiliadum Eraſmi.
De infacundia, ibidem.
De eloquentia, & eius potẽtia et effectu, Georg. Maior ex poẽtis, Hierem. Paduan. 3. 6. 1. & 2. Marſil. Fic. lib. 9. epi. 4. Valerius & Fulgoſus, li. 8. ca. 9.
Quantum eloquẽtia diſciplinæ militari conducat, Valturius 2. 2.
Aduocatorum eloquentia, Iacobi Mag. Sophil. 2. 3. 2.
Oratoriæ & poẽticæ ignaros in oratione facile deprehendi, Ang. Decembrius parte 69.
De Suadelę, Peithûs, ſacello apud Sicyonios, Cælius 11. 26.
Multis doctrina non deeſt, ſed oratio, Petrus Lagnerius.
¶ Oratio cõciſa breuiſq; an præſtabilior ſit: de Phocione, Cicerone, Demoſthene, Pericle, M. Tull. T. Liuio, & alijs.
Breuitas, Octauianus Mirand.
Laus breuitatis, Marſilius Fic. 1. 15.
Breuiter loquendum: ſed non breuiter uel cogitandum, uel amandum, Marſilius Fic. 5 3.
De breuitate ſcribendi iuxta Lacones, Tzetzes 5. 4.
Laconici breuiloquij & Argiuorũ commendatio. Ionũ longitudo nimia in dicendo. De orationis breuitate ex Phalereo. Cælius 18. 4.
Platonis eloquentia, Marſil. Fic. 4. 28.
Rhetoricæ artis in Vergilio peritiã Macrobius celebrat lib. 4. Saturnalium.
Idios logos quid, Cælius 10. 2.
Pſychrologi, pſychrologia, Cæl. 30. 20.
Halica oratio, Cælius 11. 4.
¶ In ſophiſtas (cõtra dicendi magiſtros) oratio Alcidamantis Græca.
Cõtra rhetoricã & eloquentiã Gilberti Cognati oratio, & alia C. Nucillani.
Eloquẽtia uana, Georg. Maior ex Similibus & Coruinus in Apohth.
Verba edicti cenſorum, quo improbati & coërciti ſunt, qui diſciplinam rhetoricã inſtituere & exercere Romæ cœperant, Gellius 15. 11.
Inferiorem ſiue iniuſtam orationem exercere, Tzetzes 11. 384. & Ariſtophanes in Nebulis.
¶ Gratia naturalis plus pſuadet quàm acquiſita eloquẽtia, Marſil. Fic. 5. 37.
Facilius perſuadet probitas cũ eloquentia, Marſil. Fic. 6. 31.
Orator quis dicendus, Pet. Lagnerius.

An poëtà naſcatur, orator fiat, ut uulgo receptum eſt, Cælius 7.4.
Oratori poëtam eſſe finitimum, Cælius 7.1.
Logiſterium, tabularij, logiſtoricus, Cælius 7.6.
De rhetorica & oratore, item de neceſſarijs cognitioni oratoris, Hierem. Paduan. 3.6.1. & 3.
Enthymematum inuentiones & rhetoricæ doctrina, Tzetzes 11.369.
De origine rhetoricæ, & quibus rebus eius ratio cõtineatur, Polydorus 1.13.
De eloquentiæ ſtudijs, præcipue ex Tullianis operibus, ut epiſtolis, orationibus, & rhetoricis ad Herennium, Angelus Decembrius 1.4.
De hiſtoriarum exercitatione ad profuſiorem eloquentiam compeſcẽdam, Idem 1.5.
De ſapientię iungenda eloquẽtia, Aug. Dathus.
Philoſophia moralis ad facultatem oratoriam conducit, Otho Vuerdmylerus lib. 1. cap. 16. de dignitate uſu & methodo philoſophiæ moralis.

TITVLVS II. QVI IN RHETORICAM ARTEM, UEL INSTITUTIONES ABSOLUTAS, UEL INTRODUCTIONES, UEL PROGYMNASMATA, UEL ALIQUID IN ALIORUM HUIUS ARGUMENTI LIBROS ÆDIDERINT, ORDINE LITERARUM.

ADriani Barlandi oratoriæ artis inſtitutio breuis.
Aeneæ Syluij præcepta rhetorica.
Anatolius Alexandrinus de rhetorica.
Modus ſcribendi & orandi, Antonij Mancinelli.
Antonij Raberij tabulæ in rhethoricã.
Aphthonij progymnaſmata, id eſt, præexercitamenta diuerſi interpretes Latina fecere, Rodolphus Agricola, Ioan. Maria Catanæus, & Antonius Bonfinius.
Reinardi Lorichij cõmẽtarij in Aphthonium.
Tabula in omnes Aphthonij locos, neſcio quo authore, excuſa.
Apſines de arte oratoria, Græce.
Ariſtides de rhetorica cõtra Platonem.
In Ariſtidis rhetoricã prolegomena Sopatri.
Ariſtotelis rhetorica ad Alexandrum, Franc. Philelphus tranſtulit. Capita recenſuimus Tomo 1.
Eiuſdem rhetoricorũ ad Theodecten libri tres Græci, ſeorſim Pariſijs, & Baſileæ olim impreſſi: & Latini ſeorſim Georgio Trapezuntio interprete, Baſileæ apud Frobenium: & rurſus Hermolao Barbaro interprete cum Danielis Barbari doctiſſimis commentarijs, Venetijs & Baſileæ apud Oporinum.
In eoſdem cõmentarius Græcus authoris incerti, excuſus Pariſijs apud Neobarium, anno 1539. in folio, acephalus, in Italia integer habetur manuſcriptus. Daniel Barbarus in Annotationibus ſuis non raro Alexandri Aphrodienſis commentarios citat, qui (niſi fallor) non alij ſunt, q̃ anonymi illi Pariſijs excuſi.
In rhetoricã Ariſtotelis translatio & commentarius Auguſtini Niphi.
In eandẽ ſcripſerũt Hermãnus Schildis & Dionyſius de Burgo.
Aegidij Romani cõmentarius & Alpharabij declaratio in eandem Venetijs ſimul impreſſa apud Scotum, 1515.
Arnobius presbyter de rhetorica inſtitutione.
Auguſtini Hipponenſis principia rhetorices.
Auguſtini Niphi rhetorica.
Aulus Gellius in Noctibus Atticis rhetorica quædam explanat, quæ peculiari indiculo recenſentur, Colonieñ. æditionis.
Bartolemæi Latomi rhetoricæ & dialecticæ inſtitutiones.
Bernardinus Tomitanus præcepta rhetorica ſecundum Ariſtotelem & Ciceronem Italico ſermone conſcripſit.
Bernardi Vualtheri rhetorices præcepta ex iure.
C. Cæſar Caligula rhetoricam ſcripſit, teſte Suida.
Cælij Calcagnini rhetoricæ compendium.
Cælij Secundi Curionis de omni artificio diſſerẽdi atq; tractandi Sum̃a, dialecticis & rhetoricis præceptis cõſtat.

Chri-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [117] - 50v
PUBLIC DOMAIN

Christophori Hegendorphini rhetoricę dragmata.
Consulti Chirij Fortunatiani rhetoricorum libri 3.
Coracis rhetoris est liber unus ex tribus ad Theodectem Aristoteli inscriptis.
D. Erasmi lib. 2. de duplici copia, secundus præsertim, multa utilissima rhetoricæ præcepta cõtinent. Extat in hoc opus tabula G. Maioris, & commentarius Io. Velcurionis.
Def. Erasmi Ecclesiastes.
Dionysij Halicarnassei ars rhetorica.
Erasmi Sarcerij rhetorica plena exemplis, quæ succinctarũ declamationũ loco esse possint.
Georgij Cassandri tabulæ rhetorices.
Georgij Trapezuntij rethorica absolutissima.
Georgij Vallæ institutio rhetoris.
Eiusdem de rhetorica libri 2.
Gerardus Bucoldianus de oratoria inuentione uel amplificatione.
Guilielmi Tardiui rhetoricæ artis compendium.
Heinrici de Kalkar rhetoricæ loquagiũ.
Hermogenis rhetorica Græca perfectissima: cuius partes & argumẽta singularum in primo Tomo require.
Commentarios Græcos in Hermogenẽ ædiderunt, Sopater, Syrianus, Max. Planudes, & Marcellinus in librum eius de statibus: & anonymus quidã in cęteros eius libros: qui fortè Planudes fuerit. In Latinam linguã transtulit Antonius Bonfinis: paraphrasin scripsit Hilarion monachus.
Præexercitamenta ex Hermogene Priscianus ædidit. Vide paulò post in Valentino Erythræo. Habentur etiã in altero Tomo operũ Rodolphi Agricolæ.
Huldrychi Zasij rhetorica legalis.
Iani Parrhasij compendium rhetoricæ.
Iacobi Locher Philomusi compendium rhetoricæ.
Iacobus Lodoicus Strebæus scripsit de uerborum electione & collocatione oratoria libros 2. omnium optimè.
Iacobi Poblicij epitome oratoriæ artis.
Iacobi Vuimpfelingij præcepta rhetorices.
Ioachimi Camerarij Elementa rhetoricæ siue progymnasmata exercitij utriusq; linguę, Latinę et Græcæ. Transtulit etiã Theonis præexercitamẽta.
Ioachimi Ringelbergij rhetorica.
Ioannis Cæsarij rhetorica.
Ioan. Capnion præexercitamenta rhetoris scripsit.
Ioan. Lodouici Viuis rhetoricæ libri 3.
Eiusdem de corrupta rhetorica liber 1. Vide apud eundem de tradendis disciplinis.
Ioan. Lonicerí artis dicendi methodus.
Ioan. Monhemij epitome rhetorices.
Ioan. Riuij de rhetorica libri 2.
Io. Spangebergij rhetoricæ Erotemata.
Io. Sturmij dialogi in Ciceronis Partitiones oratorias. Vide paulò post in Valentino Erythræo.
Eiusdẽ de amissa ratione dicendi liber.
Iosephi Rhacendytæ de rhetorica liber Græcus.
Isidorus de rhetorica 2.
Leonardi Aretini rhetorica.
Lolianus de statibus Græce scripsit.
M. Aurelij Cassiodori, rhetoricæ compendium.
M. Fabij Quintiliani oratoriarum institutionum libri 12.
In Quintilianum castigationes Raphaẽlis Regij.
Oratio in eundem Angeli Politiani.
In Quintil. lib. 12. Laur. Valla.
In eosdem commẽtarij Omniboni Leoniceni, & Iodoci Badij.
In Quintiliani libros 7. annotatiões Petri Mosellani.
Ionas Philologus Quintiliani librorum 12. epitomen scripsit.
¶ M. T. CICERONIS Partitiones oratoriæ, cum cõmentarijs Georgij Vallæ, & Iaco. Lodoici Strebæi: et Bartolemæi Latomi enarrationibus, & Christophori Hegẽdorphini scholijs, cum alijs rhetoricis libris Ciceronis & diuersorũ in eos annotationibus, Basileę apud Oporinũ impressę. Strebæi commentarios Gymnicus Coloniæ seorsim excudit.
Philippi Melanchthonis in primam & difficillimam partem oratoriarũ partitionum Ciceronis commentarius.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [118] - 51r
PUBLIC DOMAIN

M.T.Ciceronis rhetorica uetus, siue de inuentione libri 2.

Conradi Celtis epitome in utranq; rhetoricam Ciceronis.

¶In rhetoricos de inuentiõe libros M. Fabij Victorini, & præceptoris D. Hieronymi cõmentariorũ libri 2. Itẽ Marini Becichemi castigationes tam in libros de inuẽtione, quàm in ipsos Victorini commentarios. Impressa sunt Basileæ cum cæteris Rhetoricis libris Ciceronis & commentarijs in eos.

¶Rhetoricorum ad C. Herenniũ libri 4. seorsim excusi Colonię apud Gymnicum.

Gallio author rhetoricæ ad Herenniũ secundũ aliquos existimatur: secundum alios Cornificius.

An rhetorica falsò sit inscripta ad Herennium, Raph. Regius.

Rhetoricam ad Herennium inscriptam Ciceronis esse, Ant. Mancinelli assertio. Vide supra in Tomo primo in M. T. Cicerone.

In rhetorica ad Herennium annotationes Gyberti Longolij. Cl. Pontani scholia. Petri Victorij castigatio. Hieronymi Capiduri Parentini, Georgij Vallæ discipuli, commentaria. Marini Becichemi Scodrensis castigationes. Omnia simul impressa Basileæ cum cæteris rhetoricis libris Ciceronis, & commentarijs in eos.

Huldrychi Zasij in rhetoricam ad Herennium enarratio. In eandẽ Fr. Maturantij commentarius: & Iodoci Badij, & Ant. Mancinelli. Item prælectio in eandem Ant. Codri.

Tabulas rhetoricæ ad Herennium scripsit Reinhardus Lorichius.

In rhetoricã Ciceronis panegyricus Raphaëlis Regij.

In rhetoricam Cice. Philippi Beroaldi præfatio.

In Ciceronis libros rhetoricos Iacobi à Cruce commentarij.

In utrãq; Cice. rhetoricam Conradi Celtis epitome.

TOPICA Cic. ad Trebatium. In eadem Seuerini Boëtij cõmentariorum libri 6. Item Georgij Vallæ, & Ioannis Visorij Cœnomani: & Bartolemæi Latomi enarrationes: Philippi Melanchthonis scholia. Christophori Hegendorphini scholia. Omnia simul impressa Basileæ cum cæteris libris rhetoricorum Ciceronis, & commentarijs in eos.

¶M.T.Ciceronis de oratore ad Q. Fratrem libri 3. In eosdem Iacobi Lodoici Strebæi Rhemen. commentarij 3. Philippi Melanchthonis scholia. Marini Becichemi Scodrẽsis castigationes. Petri Victorij castigationes. Omnia Basileæ impressa, ut iam diximus, eodem in opere.

In Ciceronem de Oratore commentarius Gasparini; et Omniboni Leonicenі libri 3.

¶M. T. Ciceronis in perfectum oratorem ad Brutum liber. In eundem Voctoris Pisani commentarius, et Iacobi Lodoici Strebæi. Philippi Melanchthonis scholia. Ioan. Riuij Athendorienſis castigatiões. Petri Victorij castigationes. Omnia Basileæ impressa, cum cæteris rhetoricorũ libris Ciceronis, et cõmentarijs in eos.

In Hortensium Ciceronis castigationes Ioan. Baptistæ Pij.

Marij Philelphi rhetoricę artis lib. 3. Inuenio et hunc titulũ: Marij Philelphi præcepta artis rhetoricæ pro occurrenti temporis opportunitate, de orationibus & epistolis (quarum 80. genera proponit) componendis & dictandis. Explicantur & tituli cũ epithetis conuenientibus singulis hominum conditionibus.

Matthæus Colatius de fine rhetorices.

Nicephori Blemmidæ ars compendiaria disserẽdi Græce, & Latine Georg. Valla interprete.

Papias de ordine dicendi.

Philippi Melanchthonis rhetorica.

In rhetoricã Melanchthonis tabulas cõfecit G. Maior: impressæ sunt Parisijs apud Vuechelum tabulæ, eiusdẽ puto authoris: & apud nos Tiguri.

Plato de rhetorica in Gorgia. In Gorgiam Olympiodori commentarius Græcus extat.

Raph. Regius in oratoriã institutionẽ.

Raph.

Raphaëlis Regij conclusiones circa rhetoricam contra Calphurnium.
Raymundi Lulli in rhetoricen isagoge. Vide in primo Tomo.
Sarapionis ars rhetorica.
Stephani Doleti orator Gallicus.
Sulpitij Victoris oratoriarum institutionum præcepta ad M. Silonem.
Theonis sophistæ rhetorica progymnasmata Græca, & Latina Ioachimo Camerario interprete.
Valentini Erythræi tabulæ pulcherrimæ in Partitiones oratorias M.T. Ciceronis, & quatuor dialogos in easdem Ioan. Sturmij.
Vincentius Belluacensis de rhetorica Speculi Doctrinalis libro 4.
¶ Authoris incerti de rhetorica liber, excusus cum Sulpitij Victoris oratorijs præceptis Basileæ.
Dialogus incerti authoris de oratoria secundum Platonem, Bessarione interprete.
Synopsis rhetoricæ Græca, & de rhetorica libri duo anonymi Græci (diuersa opinor uolumina) Romę extant in bibliotheca Vaticana.
Index eorum ferè omnium, quæ rhetores in orationem uenire asserunt, libellus excusus Argentorati in 8. anno 1534.
De topicis, plura uide libro 2. in Dialecticis.

TITVLVS III. DE LOCIS aliquot rhetoricis, & affectibus mouendis, & rhetoricæ partibus.

QVę uarias circumstantias personarum attinent, ut diuitiæ, paupertas, fortuna, laus, uituperiũ: item bona, utile, iucundum, &c. plæraq; posuimus in Ethicis.
Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci. Marsilius Ficinus hoc Horatij carmen ex arte poëtica explicat lib. 5. epistola 11. & epist. 30.
Vtilitate oẽs mouent Pet. Lagnerius.
De utilitate seu proficuo, Hierem. Paduanus 3.4.1.
Commodo magno emptum, Erasmus in tabula de synonymis prouerbijs.
Proclinitatis, Erasmus ibidem.
Citra laborem, ibidem.
Difficultatis, ibidem.
Facilitas, Octauianus Mirand.
De facilitate & difficultate Hierem. Paduanus 1.3.12.
Difficilia quæ hoĩbus, Brusonius 2.18.
De possibilitate & impossibilitate, Hierem. Pad. 1.3.11.
Impossibilia, Octauian. Mirand.
Adynaton, Florilegij Græci lib. 2. sectione 2.
De necessitate, Valerius & Fulgosus lib. 7. ca. 6.
Necessitas, Erasmus in tabula Chiliadũ de synonymis Prouerb.
Raritas, Erasmus ibidem.
De raris naturaliter, Hierem. Paduanus 1.3.15.
Contemptus & uilitas, Erasmus in tabula Chiliadũ de synonymis Prouerb.
Nouitas, Erasmus ibidem: et Octauian. Mir. Mira noua, Erasmus ibid.
De nouitatib. Hierem. Paduan. 1.3. 16.
Ingrata ob uetustatem, Erasmus in tabula Chiliadũ de synonymis Prouer.
Vetustate quædam cõmendari, G. Maior ex poëtis.
Ogygium quid, Cælius 25.33.
Paruũ & modicum, Octauianus.
Semeion, tecmerion, &c. quid differãt, Tzetzes 7.152.
De ethopœia & loco communi Emporius rhetor, & Aphthonius.
Factum, Octauian. Mirand.
Thesis, Cælius 10.2.
¶ De mouendo affectu ex habitu personæ, Macrobius Satur. 4.1.
Pathos tenore ipso orationis quomodo exprimatur, 4.2.
Pathos ab ætate, à fortuna, debilitate, loco, tempore, 4.3.
A causa, modo, & materia, 4.4.
A simili, 4.5. A maiori & minori, 4.6.
De affectibus mouendis, Rodolph. Agricola de inuentione lib. 2. et Aristoteles rhetoricorũ ad Theodecten li. 2. & plæriq; omnes in rhetoricis suis.
Vbi affectus mouere non permittantur oratores. Quintiliani sententia perpendiẽ. Quid pathos, ppríe, quidúe ἦθος: item narratio morata, & morata fabula in Horatio, Cælius Rho. 24.1.
Incitare, Erasmus in Chiliadum tabula

de ſynonymis Prouerbijs.
Mouere uerbis, hortari, inuitare, Doletus Tomo 1.
¶ Chimærã allegoríce tres indícare rhetoricæ partes, Cælius 13.9.
Procemio male uti quid ſit, Cælius 21.7.
De exordio & partibus eius, Hierem. Paduan. 3.6.4.
De partibus rhetoricæ orationis procemio, prologo in præfatione, narratione, &c, Hierem. Paduan. 3.6.5.
De argumentis rhetoricis, & diſpoſitione eorum, ibid. 6. & alia in ſequentib. rubricis ad rhetoricam pertinentia: & rubrica ultima de concluſionibus electis.

TITVLVS IIII. DE ELOcutione, & pertinentibus ad eam, ut numeris, periodo, ideis, pronunciatione.

ORare, dicere, ſcribere, expolire, perficere, Doletus Tomo 1.
De rhetoricis dictionibus Zoſimus Gazæus.
Dictionariũ rhetoricũ Harpocrationis.
Oratoriorum progymnaſmatum centuriæ 3. Fran. Syluij.
Formulæ ſeu copię poëticæ p. Andream Diether congeſtæ.
De ſynonymis in grammatica dictũ eſt.
Byſſina uerba quæ intelligantur: quid in oratore præcipuum: deq; in oratione magnificẽtia et ſplendore: quid epiphonema: Virgilius illuſtrat bis: altercatio ab oratione quo differat: ſine controuerſia dicere, quid: actio & oratio quo itẽ diſtent: hordearius rhetor, Cælius 23.7.
Etiam in oratione ſeruandam eſſe mediocritatẽ, Pontanus 1.5. de ſermone.
Bona ſcribere pręſtat quàm multa, Marſilius Fic. 1.20.
Aperte & craſſe, Eraſmus in tabula Chiliadum de Prouerbijs ſynonymis.
Perſpicuitas, Eraſmus ibidem.
Tædium ex iteratione, Eraſmus in tabula Chiliadũ de ,puerbijs ſynonymis.
Iteratio citra tædium, ibidem.
De ſtilo uide plura ſupra in li. 1. de grammatica.
Orationis uirtutes 4. Tzetzes 12.428.
De periodis & eius partib. Demetrius Phalereus: & aliquid Philipptus Melanchthon in rhetorica ſua. De taſi & pneumate, quæ lõgæ periodi ſunt Hermogenes. De periodo eiusq; partibus & ſpecieb. Ioan. Riuius lib. 3. rhetoricæ ſuæ.
De oratorijs numeris Rufinus.
De metris in proſa, libellus Græcus Romæ in biblioth. Vaticana.
Pauca quædam de modulis numerisq; oratiõis, quos Cicero auide ſectatus eſt, Gellius 1.7.
Quam tenuiter curioſeq; explorauerit Antonius Iulianus in oratiõe M. Tullij uerbi ab eo commutati argutiam, Gellius 1.4.
Quod à ſcriptoribus elegantiſſimis maior ratio habita ſit ſonitus uocũ atq; uerborum iucundioris, quæ à Græcis euphonia dicitur: quàm regulæ & diſciplinæ, quæ à grammaticis reperta eſt, Gellius 13.9.
Quod Quadrigarius Cum multis mortalibus dixit, an quid & quantũ differret ſi dixiſſet Cum multis hominibus, Gellius 13. 27.
De collocatione oratoria et uerborũ electione Iaco. Ludoicus Strebæus.
De interpretatione Demetrius Phalereus.
De orationis compoſitione & elocutione Dionyſius Halicarnaſſeus, Latinum fecit Theodorus Gaza.
Orationis genera duo, Cælius 7. 6.
De quatuor generibus dicendi, deq; duplici ſtylo, Macrob. Satur. 5.1.
De oratoria moderatione ſecundum hiſtoricos, in re militari ab urbana conſuetudine differenti, Ang. Decembrius parte 19.
De characteribus antiquorũ oratorum, Dionyſius Halicarnaſſeus.
De characteribus dicendi Demetrius Phalereus.
De formis dicendi, Demetrius Phalereus.
De ciuili oratione Ariſtides.
De oratione ſimplici, Ariſtides.
De ſublimitate oratiõis, Dionyſius Longinus.
De ideis, Hermogenis liber elegantiſſimus cum commentarijs Græcis.
Dionyſij Halicarnaſſei præcepta de oratione

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [121] - 52v
PUBLIC DOMAIN

tione panegyrica, nuptiali, natalitia, & epithalamijs.
De facultate dicendi ex tempore Nicolaus Beraldus.
Ad quendam qui uoluerat, ut ex tempore oraret, Themistius.
Librum de optimo genere interpretandi oratores Ioach. Perionius, pmisit.
¶De uocis & corporis moderatione, Franc. F. Iamentrius.
De pronunciatione rhetorica, Iodocus Vuillichius.
Quantum momentum sit in pronunciatione & apto motu corporis, Fulgosus, & Valerius lib. 8. ca. 10.
Seneca lib. 5. epist. 40. docet pronunciationẽ moderandã, & exemplo maxime Ciceronis iubet esse tardiloquũ.
Explicatur Quintilianus de oris multiplici uitio, apud Cælium 13. 1.
Alcibiadis balbuties, Lambda cur diceretur Eetionis uxor. Blæsi qui dicantur & arguti, Cælius 13. 2.
Balbutiei ratio ex Galeni doctrina. Incõtinens lingua apud Hippocratem quæ sit: item qui dicantur ab eodem muti, Cælius 13. 3.
Balbutiei ratio ex frigore, ebrietate, ira, Cælius 25. 8.
Tertiata uerba quæ intelligantur, Cælius 19. 13.
Dionysiæ saltatriculæ cognomen inditum Hortensio, ob gestum in agendo histrionicum, Gellius 1. 5.

TITVLVS V. DE TROPIS & schematibus qui scripserint, Græci ac Latini ueteres & recentiores: in genere primum, dein de singulis.

ARistoteles libro 3. ad Theodecten tropos et figuras multas describit.
Annotatiões de figuris rhetoricis innominati authoris, Aldus Græce olim excudit cum alijs quibusdam libris rhetoricis.
De figura sensus & dictionis, Alexander Aphrodisieñ.
De figuris orationis Alexander Numenius, unde sua decerpsit Romanus Aquila.
De figuris rhetoricis Phœbamon sophista Græce scripsit.
Romani Aquilæ de nominibus figurarum & exemplis liber 1.
P. Rutilij Lupi de figuris sententiarum & elocutionis libri 2.
Iulius Rufinianus de figuris sententiarum & elocutionis.
Tiberij liber de figuris rhetoricis.
M. Aurelius Cassiodorus de schematibus & tropis.
Beda de schematibus.
De schemate Beertamus.
Rhetoricæ artis colores Pauli Niatis.
Petri Mosellani tabulæ de schematibus & tropis: impressæ Coloniæ apud Ceruicornũ cum alijs tabulis in Copiam Erasmi, & Rhetorica Philippi Melanchthonis.
Ad insigniores aliquot figuras isagoge Ioan. Butini.
De figuris ac uitijs orationis Ringelbergius.
De schematibus atq; figuris & grammaticis & rhetoricis, Io. Riuius libro 2. rhetoricæ suæ.
De figuris Io. Despauterius.
Troporum & schematum epitome Io. Susenbroti.
Vide etiam in Rhetorica Melanchthonis, & secundo libro de Copia D. Erasmi, in quod opus tabulam composuit Geor. Maior, & Ioan. Velcurio commentarium.
¶Homœteleuta & homœoptota, atque alia id genus, quę ornamenta orationis putanẽ, inepta esse & puerilia Lucilij q̃q; uersibus declarari, Gel. 18. 8.
Ratio utendi uerbis pluribus idẽ significantibus, Gellius 13. 23.
Allusio, Brusonius 7. 10.
De parodijs atq; collesijs, Tzetz. 8. 169.
De chriarũ ratione, & quid chria: item quid sententia, eiusq; discrimina, & quid chriodes, Cælius 26. 27.
De orationis asperitate, & quid catapho ra, Cælius 17. 24.
Quomodo aliquis sub aliena persona cogitãti sibimet occurrat, Marsil. 11. 3.
Epiphonema quid, Cælius 23. 7.
De ethopœia & loco communi, Emporius Rhetor.
Ethologia quid, item ethopœia, idolopœia, prosopopœia, Cælius 26. 28.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [122] - 53r
PUBLIC DOMAIN

Quomodo cõparationis modus ferè omnia magna facit & minima, Seneca lib. 5. epist. 43.
Similia D. Erasmi ex profanis: & Io. Gastij, & Alardi Aemstelredami ex sacris scriptoribus.
D. Erasmi Similia per locos digessit Georgius Maior.
Exemplum, Lumen animæ 87. c. p. 2. & Manipulus Florum.
Fabula, Manipulus florũ: Aphthonius, &c. De fabulis poëticis & moralibus alibi dicemus.

TITVLVS VI. DE ORATORIBVS, & uitis oratorum aliquot, ordine literarum.

IN Brutũ, siue de claris oratoribus A. Antonij Palmyreni scholion: et Castigationes Io. Riuij ac Petri Victorij, impressa Basileæ cum commentarijs in omnia rhetorica Ciceronis.
De oratoribus P. Cornelius Tacitus.
Oratorum imagines, Florilegij lib. 4. sectione 30. Epitaphia, lib. 3. sectione 30. Scommata lib. 2. sectione 51.
De optimo genere oratorũ, M. T. Cic.
De oratoribus gentiliũ, Antonij de Guevara epistola 33.
Vitas decẽ oratorũ scripsit Plutarchus.
De claris rhetorib. C. Suetonius Tranquillus.
De uitis sophistarum 58. quorũ nomina Tomo 1. enumerauimus. Philostratus Græce, & Latine Antonio Bonfinio interprete.
De uitis sophistarum Eunapius.
Aeschinis Athenieñ. uitam Plutarchus, & Diogenes Laërtius scripserunt.
Antiphontis oratoris uita apud Plutarchum. Antiphontis Rhamnusij uitam scripsit Philostratus.
Andocidæ uita apud Plutarchum.
De Carneade, Critolao, & Diogene, Athenien sibus oratoribus Romã missis, Crinitus 22. 4.
Cephalus rhetor, uide Suidam.
De Ctesiphonte rhetore, Tzetzes 6. 35.
Demosthenis uitam Libanius & Plutarchus scripserunt. Demosthenis encomium Lucianus. Præfationem in orationes eius D. Erasmus, quæ Tomo tertio operum eius habetur. De mollitie Demosthenis, Crinitus 6. 9.
Demosthenis & Ciceronis comparatio apud Quintilianum & Plutarchum.
In Demosthenis omnia cõmentarij Greci, &c. Vide in primo Tomo.
Dinarchi uita apud Plutarchum.
Diogenes, uide pxime superius in Carneade.
Eusthenei sophistæ epitaphium, apud Theocritum epigrammate 11.
Harmonides enim multo plus tu rhetor, quàm ehetor ille Phereclus, Tzetzes 8. 168.
De mollitie Hortensij oratoris: & perlepida historia de eius munditia, cum diẽ collegæ dixit, quod illi togæ structuram deturbauit, Crinitus 6. 9.
De Hortensio oratore, Gellius 1. 5.
Hyperidæ uitam descripsit Plutarchus.
Isæi uita apud Plutarchum.
Isocratis uita apud Plutarchum.
Lysiæ uitam Plutarchus & Dionysius scripserunt.
De uita & libris M. F. Quintiliani, Antoninus Florẽtinus tractatu 6. c. 24.
M. T. Ciceronis uitã scripserunt Plutarchus (quã Achilles Phileros Bochius interpretatus est) & Leonardus Aretinus. Vita Ciceronis ex T. Liuio.
De Ciceronis morte Sextilius Henaeuersus scripsit.
De Ciceronis scriptis multa tractant in Antonio dialogo Pontani. Sebastiani Corradi in M. T. Cicero. quæstura.
In Ciceronis quosdam locos M. Antonius Sabellicus.
In laudem eloquentiæ & Ciceronis scripserunt Phil. Beroaldus, & M. Antonius Sabellicus.
Demosthenis & Ciceronis comparatio apud Quintilianum & Plutarchum.
Salustij oratio inuectiua in Ciceronem.
Ciceronem oppugnauit Gabriel Cæsanus.
Octauij Romani oratoris factũ memorabile cum rege Antiocho.
De Phereclo rhetore, uide paulò superius in Harmonide.
Pytheas rhetor, Aelianus uariæ histo. Græcæ fol. 70.
Inter Orationes mox etiã alia fortè rhetorum nomina inuenies.

TITV-

TITVLVS VII. DE DECLAmationibus, & exemplis eloquentiæ, in genere.

PRogymnasticæ oratiões siue declamationes extant Aphthonij, Theonis, & Libanij.
De declamationibus iudiciarijs componendis, Sopater.
De erratis declamationum libri 7. Sarapionis Aelij.
Declamationum liber sine titulo Græcus, in bibliotheca quadam Italiæ.
Declamationes plurimæ Libanij.
Philostrati iconum libros 2. Latinitate donauit Steph. Niger. Quæ & quot argumenta in floridis illis descriptionibus tractentur, primo Tomo enumerauimus.
In duas declamationes Fabij Quintiliani, declamationes Persealdi.
Petri Damiani declamatiõis rhetoricæ
Blanci Ceruti declamationes. (lib. 1.
Hermolai Curtini declamationes.
Andreæ Alciati declamatio.
Declamationum selectarũ liber Philippi Melanchthonis.
Declamationes plures nominantur infra in genere iudiciali.
Rhetorica exempla Erasmi Sarcerij.
Amœnum locum describit Theocritus epigrammate 4. Sed huiusmodi descriptiones ad genus demonstratiuũ pertinent.
Ecphrasis quo à diegemate differat, Cælius 13. 19.
Ad sermonem uaria exempla, ut benedictionum, blasphemiarũ, minarum, blandiendi: ad misericordiam concitandi, de conuitijs apertis, scommatibus, facetijs, iocis, laudatiõibus, Hierem. Paduanus li. 6. tertiæ partis, per diuersas rubricas.
Promissio, Manip. florum.

TITVLVS VIII. CONTINET orationes diuersas, ueterum & recentiorum, Græcas & Latinas, & coram principibus peroratas, & huiusmodi, singulas ordine aliquo.

ORationes quædam in historicis, aliæ alibi, ut argumentum postulabat, nominãtur: hic quotquot occurrent, non tam argumenti quàm authorum, linguæ & ætatis ratione habita, commemoremus.

¶ Veterum aliquot Latinorum orationes.

Orationes duæ ad C. Cæsarẽ senẽ de republ. incerti authoris, cum Salustij historia excusæ, cum commentarijs.
Cottæ Consulis oratio ad populum.
Heliogabali oratio ad meretrices.
Titi Liuij oratiões de secundo bello Punico illustrauit Reinhardus.
T. Liuij lacteo eloquentiæ fonte manantis orationes, separatim cũ argumentis æditæ. Itẽ orationes omnes quæ iam extant apud C. Crispum Salust. Q. Curtium, C. Cæsarem, P. Cornelium Tacitũ, & Herodianũ. Egenolphus simul excudit Marpurgi 1541. in 8. chartis 52.
P. Ouidij Metamorphoseon lib. 13. habentur artificiosæ orationes Vlyssis & Aiacis. Sunt & apud Vergilium & alios poëtas oratiões egregię, quas hic enumerari intempestiuum uidet.
L. A. Senecæ oratio ad Neronem.

¶ De orationibus Ciceronis, & annotationibus in eas, &c.

M. T. Ciceronis orationes quinquaginta septem.
In omnes M. Tullij Cic. orationes, Annotatiões impressæ Basileæ apud Robertum Vuinter in folio, chartis 198.
In Ciceronis orationes 12. Lucubrationum Fr. Syluij Ambiani, Philip. Melanchthonis, Bartolemæi Latomi & aliorum, pars prima. Sunt autẽ commentarij in oratiões 12. pro Quintio, Roscio Amerino, Roscio Comœdo, M. Fonteio, lege Manilia, C. Rabirio, Lu. Muræna, Archia poëta, M. Marcello, Q. Ligario: item pro Deiotaro rege Io. Sturmij, & de responsis aruspicum Martini Boleri. Excusi Basileæ apud Rober. Vuinter 1536. in 4. chartis 60.
In Ciceronis orationes, quot quidẽ extant, doctissimorũ uirorum lucubrationes, diligentissime in unum uolumen collectæ, ac partim etiam antea, partim nunc primum in lucẽ æditæ,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [124] - 54r
PUBLIC DOMAIN

cum rerum ac uerborũ indice copioso. Robertus Vuinter excudit Basileæ 1539. in folio. Et aliorum quorundam in aliqt orationes Parisijs prius excusæ in 4. apud Ascensium.

¶ In Cicc. orationes cõmentarij Asconij Pediani, Iac. Bugelij, Ge. Merulę.

In Ciceronis orationes quasdam cõmentarij Io. Tislini.

Antonius Luscus Vicentinus super undecim orationes Ciceronis.

In Cic. orationes octo, annotationes Christophori Hegendorphini.

De dispositione rhetorica in orationes septem Ciceronis, Phil. Melanchth.

In Cic. orationes 3. Iac. Omphalius.

In plęrasqꝫ præfationes Cic. Ant. Luscus.

In Ciceronis orationum prælectiones Aug. Dathi præfatio.

In Ciceronis orationem pro Archia scripsit Phil. Melanchthon, & Vitus Amerbachius.

In eandem Martini Bolerí scholia.

In orationem pro Cæcinna, Petri Pellitarij commentarius.

In orationem pro L. Muræna, Ioachimi Camerarij commentarius, & dispositio rhetorica Melanchthonis.

In oration. pro S. Roscio, Ioan. Saxonij comment.

In orationẽ pro Ligario Vitus Amerb.

In orationes duas elegantissimas pro Q. Ligario, & lege Manilia, cum artificio ex longis annotationibus Iacobi Omphalij & Bartolemæi Latomi, & argumento in utrãqꝫ breuiter collecto à quodam studioso. Io. Gymnicus impressit Coloniæ 1538. in 8. chartis 5. & dimidia.

In orationem pro lege Manilia, Rodolphus Agricola.

In orationẽ de lege agraria Annotationes Rod. Gualtheri Tigurini.

In orationem Verrinam quintam Annotationes eiusdem.

In Verrinas Philip. Beroaldi præfatio, Christophori Hegendorphini commentarius.

In orationẽ pro L. Cornelio Balbo, Vitus Amerbachius.

In orationes pro S. Roscio Amerino, P. Sylla, M. Cælio, Milone, & M. Marcello, Phil. Melanchthon.

In orationem pro rege Deiotaro, Gerardus Bucoldianus, et Vitus Amerba.

In orationem de responsis aruspicum, Io. Sturmij comment.

In orat. in Vatinium testem, Antonius Goueanus.

In oratio. ad Equites, Othonis Vuerdmylleri commentarius.

In orat. Antequam iret in exilium, Vitus Amerbachius.

In orat. Post reditũ ad Quirites, Vitus Amerbachius.

In Philippicas, Georg. Trapezuntius: scholia Iodoci Badij: cõmentarij Ferrarij, Phil. Beroaldi, Fran. Maturantij, & Christoph. Hegendorphini.

Ciceronis oratiões & rhetoricos libros omnes Io. Sturmius post Naugerianam & Victorianam correctionem emendauit.

Locorum quorundam illustrium collatio, contentioqꝫ facta ex orationibus C. Gracchi, & M. Ciceronis, & M. Catonis, Gellius 10. 3.

¶ *Orationes Græcæ, secundum nomina authorum ordine literarum.*

RHetorũ decem orationes Venetijs extãt in bibliotheca SS. Io. & Pauli. Aldus duodecim rhetorũ orationes Grẹce in uno uolumine excudit, Aeschinis, Aristidis, Andocidis, Isæi, Antiphontis, Lysiæ, Isocratis, Lycurgi, Demosthenis, Hyppidis, Dinarchi.

Aeschinis contra Ctesiphontem de Demosthenis coronatione oratio, Latinitate donata per Leonardum Aretinum. Scholia extare in Aeschinis quæ habenẽ omnia, Venetijs ex Nicolao Sophiano accepi.

Andocidis & Antiphontis oratiões Aldus publicauit.

Antisthenis orationes Aiax & Vlysses extant.

Aristidis orationes Græcæ 56. Florentiæ impressæ. Pro rhetoribus quatuor Athenienſibus defensionũ oratio Aristidis.

Demetrij apud Philippum orationes.

Demosthenis orationes 62. cum argumentis Libanij. Commentarij Græci in

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [125] - 54v
PUBLIC DOMAIN

cíin Demoſthenis orationes, Zoſimi Aſcalonitæ.
In octodecim Demoſth. oratiões Vlpiani commentarij Græci.
Eclogæ. i. collectanea quædã ex orationibus Demoſthenis, Greca, alícubi in Italia ſeruantur.
Demoſthenis orat. 2. contra Ariſtogitonem, Vito Vuinshemio interprete.
Epicedia Cynthij de obitu Alfonsi Estensis.

Ioach. Vadianus scripsit Epitaphiũ Rudolphi episcopi Herbipoleñ.

In B. Platinæ mortẽ Antonij Militiani & plurium aliorum carmina, in fine operum Platinæ ædita.

Querimoniæ & epitaphia mortis Ioan. Frobenij, & Martini Dorpij: impressa Basileæ cum alijs quibusdam.

Monodia in Des. Erasmũ Friderici Nauseæ. Epicedion in eundẽ Helij Eobani Hessi.

Apotheosis Simonis Grynæi, Rodolphi Gualtheri Elegia.

Eiusdem Gualtheri Epicedia funerum Eobani Hessi, Heinrychi Lafateri, Nicolai Partrigij Angli, et Friderichi Pistorij Niddani.

In mortem Thomæ Viati Næniæ Ioan. Lelundi.

Epitaphium Odiliæ & de eius filio, per Des. Erasmum in fine Tomi 3.

Monodia ad imperatorẽ Emmanuelem Palæologum, nescio cuius authoris Græce extat. Est autem Monodia lugubre carmen, siue funebre, siue alterius generis: ut etiam Nænia: Epicedion funebre tantum est.

Threnodiæ Io. Morisoti, carmie Græco.

¶ *Pars 5. De Odis.*

Q. Horatij Flacci Odarum siue carminum libri 4.

Eiusdem Epodon.

In Horatij Odas Ant. Mancinelli commentarius. In easdem annotationes exceptæ Io. Sinapio prælegente. Vide de Tituli 5. parte 2. qui in omnia Horatij opera scripserint.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [156] - 70r
PUBLIC DOMAIN

Odarum Horatij concentus, cum quibusdam alijs carminum generibus. Earundem argumenta, genus, ac ratio: unà cum insignioribus & odis & sententijs. Egenolphus hac inscriptione libellum excudit Francfordiæ in 8. chartis 7. & dimidia.

Odas ædiderunt Io. Pierius, & M. Hieronymus Vida.

Odarum lib. 1. Ioan. Secundi. Libri 4. Salmonij Macrini, & totidem Petri Burri: & libri 10. Fran. Philelphi.

Odæ, Epodos, & seculare carmen Conradi Celtis.

¶ Pars 6. De *Carminibus.*

Græci quidem Epos per excellẽtiam de hexametro tantum & heroico uersu dicunt, & Epopœos poetas qui hoc genere scribunt: Latini carmina non unũ genus, sed omnes, ni fallor, uersus in quibus pedum & syllabarũ quantitatis ratio habetur, appellant. Nisi quod breuiora & ueluti epigrammata, etiam carmina appellant, ut carmen hexastichũ, distichum, tetrastichum: ut omne quidem epigramma, carmen sit, non omne autem carmen epigramma: utrunq; argutũ esse debet, & breue, ut paucis uersibus constet: sed hoc interest quod epigrammata eius argumenti esse oportet, quod apte alicubi inscribi aut insculpi possit, quare breuius etiam & argutius carmine esse debet. Carmen cuiuscunq; argumenti sit, parum refert. Sed grammaticorũ est hæc melius explicare. Nos eam ob causam solum Vocabulerũ differentias rimamur, ut rerum etiam discrimina & Locos secundum eas distinctos commode statuamus. Dicemus igitur primo qui Carminum libros scripserint: deinde simpliciter qui carmina quædam non iustis libris, nec expresso argumẽto, ut schedulæ nostræ ex quibus hæc describimus se nobis offerent: postremo, qui certi argumenti carmina, aut carminũ libros ædiderint. Quod si quis nonnulla hic posita, in primam huius Tituli partem inter poematia simpliciter referre malit, pro arbitrio faciat.

Q. Horatij Carminum libri 4.

Catulli carminum liber. Sunt etiam apud Tibullum, Propertium, Martialem, & in Florilegio Græco, & alios epigrammatum scriptores aut collectores, quæ Carmina potius quàm Epigrammata uere dici debeant, sed apud multos indifferenter hæc nomina usurpantur.

Hercules Strozа, Rodolphus Auantius, Io. Draconites, Iacobus Vuimpfelingus, & Adam Vuernerus, singuli singulos Carminũ libros ædiderunt.

Stephani Doleti carminũ libri 2. & rursus libri 4.

Conradi Celtis carminum libri 4.

Carmina 12000. Hermolai Barbari.

Carmina tumultuaria Ludouici Bigis.

Carmina Arnoldi Fer. (fortè Ferroni.)

Carmina P. Fausti, Io. Stigelij.

Huberti Susannæi carminum farrago. Eiusdem ludi quidam, Carminum opinor.

Carmina 70. Sulpitiæ.

Carmina multa Anisij abbatis.

Antonij Mancinelli carmina uaria.

Eiusdem seculare carmen.

Buslidij cuiusdã carmina in libro scholæ Christianæ excusa.

Carmina Rodulphi Langij ad Decanũ Colonienſem.

Amorum liber Phil. Callimachi.

Amorum libri 2. Ioannis Pontani.

De amoribus Guilhelmus de Mara.

Basiorum lib. 1. Ioannis Secundi Hagiensis.

Deliam amantem grandi uolumine celebrauit Gerardus Dicæus.

In Cupidinem Ludouicus Misotheus, carmine puto.

¶ Pars 7. De *Epigrammatibus.*

Epigrammata diuersorum generum sunt, quædam proprie sic dicta, quod inscribi solerent, unde etiam Inscriptiones quidam Latine dixerũt: uel ad memoriam, ut epitaphia epigrammata tumulis, & columnis aut trophæis Epinicia, tabulis ædium sacrarum Soteria, & plura huiusmodi, ubi authorum & temporum nomina commemorantur: uel ad ornatum, qualia sunt Martialis distica, Andreæ Alciati Latina & reddita eadem Gallice Emblemata; nisi quis Emble-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [157] - 70v
PUBLIC DOMAIN

Emblemata tanquã hieroglyphica quædam habere uelit, quæ ad occultam significationem inscribebantur, non literis, sed diuersis animalium & aliarum rerum figuris. Hæc & huiusmodi omnia epigrammata dicuntur Græco uocabulo: sed differentiæ causa, epigraphæ potius dicentur si prosa constent: epigrammata, si uersibus. De epigrammate supra etiam diximus ab initio partis sextæ huius Tituli: & Titulo 3. de Idyllijs. Quidam per totum librum carmina, paucis illa quidem uersibus inclusa, sed eiusdem argumenti omnia composuerunt, ut ille in Deliam amantem, & exercitia nonnulli rem eandem uarijs uersibus exprimendi, quæ nos inter epigrammata non censuimus.

De Epigrammate pulcherrimo, Angel. Decembrius parte 69.

De Epigrammatibus qualia esse debeant, epistola Simonis Vallamberti ab initio epigrammatum eius: item epigrammate antepenultimo: De eodem epigrãa est apud Martialem.

Epitaphia epigrammata plurima libro 3. Florilegij Græci.

Tria epigrammata trium ueterum poetarum, Næuij, Plauti, Pacuuij, quæ facta ab ipsis, eorum sepulchris incisa sunt, Gellius 1. 24. Sed Epitaphia parte quarta huius Tituli digessimus: hic testimonij tantum gratia hæc citata sint, ut discant tyrones epitaphium simpliciter uel carmine uel prosa intelligi, epitaphium epigramma carmine tantum.

¶ De Græcis epigrammatibus.

Angeli Politiani epigrammata Latina & Græca.

Cyri Theodori in utrunq; Testamentum tetrasticha.

M. Musuri Cretensis epigrammata.

Ioachimus Camerarius collegit uaria epigrammata Græca ueterum poetarum, & epitaphia: quibus & ipsius Ioachimi quædam, & Iacobi Micylli epigrammata adduntur. Heruagius excudit Basileæ 1538. in 8. chartis 10.

Pindari epigrãmata uersibus heroicis.

Theocriti epigrammata 19. & poemata artificiosa, Securis, Ala, Pterygium. Quæ ad Theocritum in uniuersum pertinent, dicta sunt supra Titulo 3. huius libri.

Agathias Smyrnæus Daphnica epigrãmata collegit. Eadem Maximus Planudes castrauit turpioribus resectis, Anthologij titulo. Græce extant in Italia cum commentarijs: & Epigrammata selecta cum technologia Græce Romæ. Anthologium Græcũ sine collectoris nomine, Venetijs primum ab Aldo, deinde Parisijs impressum est. Et commentarij Latini in idem Vincentij Obsopœi. Tiguri quoque selecta quædam epigrammata Græca ex eodem opere, cura Iacobi Ceporini excusa sunt cũ eiusdem grammatica. Item in libello quodam seorsim in 16. Græce & Latine Coloniæ puto excuso olim.

¶ *Authores Græci, quorum epigrammata extant, in Anthologio Max. Planudis, ordine alphabetico enumerati: quot autem epigrammata singulorum & quibus libris habeantur, Tomo primo indicauimus in singulorum nominibus.*

¶ Abbianus, Aceratus grãmaticus, Adæus, Addæus Mitylenæus, Addæus Macedon, Adrianus princeps, Adrianus Cæsar (alias Germanicus) Aegis, Aemilianus, Aemilianus Nicæensis, Aeschylus, Agathias scholasticus, Alcæus Messenius, uel Alcæus simpliciter: Alexander simpliciter, & Alexander Aetolus: Alexis, Alpheus Mitylenæus, Ammianus, Ammonides, Anacreon, Antiochus, Antipater simpliciter, & Antipater Macedon, & Antipater Sidonius, & Antipater Thessalonicensis: Antiphanes simpliciter, & Antiphanes Byzantius: Antiphilus simpliciter & Antiphilus Byzantius, Antistius, Antonius Argeus, Anyte, Apollinarius, Apollonides, Apollonij Smyrnæus, Arabius scholasticus, Aratus, Archias, Archelaus, Arenæus Rhephendarius, Argentarius, alias Marcus Ar-

gentarius, Ariſton, Aſclepiades, Athenodorus, Automedon, aliâs Automedon Cyzicenus.

¶Baſſus, aliâs Baſſus Lollius, Bianor, Biſantinus, Boëthus.

¶Callicerus, Callimachus, Callinius, Callius Argius, Carpyllides aliâs Carphylides, Cerealius, Chæremon, Chreſtodorus aliâs Chriſtodorus Thebanus Cupites, Claudianus, Cometes ſcholaſticus, Cometes Chartularius, Cornelius Longinus, & ſimpliciter: Coſmas mechanicus, Crates philoſophus, Crates cynicus, Crinagoras, Cyllenius petianus, Cyrillus, Cyrus poëta, Cyrus ab hypatis.

¶Damagetus, Damaſcius, Damocharis grammaticus, Democharis, Demaratus, Demetrius Bithynus, Democritus, Demodocus, Diocris, Diodorus, Diodorus Sardianus Diopithes, Dioge nes epiſcopus Amiſi, Dionyſius, Dionyſius Cyzicenus, Dionyſius ſophiſta, Dioſcorides, Diotimus, Duris Eleates.

¶Epigonus Theſſalonicenſis, Eratoſthenes, Eratoſthenes ſcholaſticus, Erinna, Erycius, Euclides, Euenus, Eugenes, Euodus, Eupithius Athenienſis, Eutolmius, Eutolmius Illuſtrius.

¶Flaccus.

¶Gabrielius Hyparchus, Gætus, aliâs Gaitus, Gætulius, Gallus, Geminus, Germanicus Cæſar, Getullicus, Glaucus, Glaucus Athenienſis.

¶Hecatæus Thaſius, Hegeſippus, Hedylus, Hercius, Hermiodorus, Heraclides, Heraclides Sinopeus, Hermocreon, Hermodorus, Hetruſcus Meſſenius, Homerus.

¶Ioan. poeta Barbucalus, Io. grammaticus, Ion, Iſidorus Aegeates, Iſidorus ſcholaſticus, Iſidorus ſimpliciter, Iulianus ſimpliciter, Iulianus ab hyparchis, Iulianus Aegyptius, Iulianus Anticenſor, Iulianus rex, Iulius Diocles, Iulius Leonides, Iulius Polyænus.

¶Leo philoſophus, Leonides Alexandreus, Leonides Tarentinus, Leonides ſimpliciter, Leonteus, Leontius ſcholaſticus, Lollius, Lucianus, Lucillius.

¶Macedon idem puto qui Antipater Macedon, Macedonius hypatus, Megias, Magnus medicus, Marcus Argentarius, Marcus iunior, Marianus ſcholaſticus, (Maximi monachi ſcholium) Meleager, Menander, Menecrates, Menecrates Smyrnæus, Mercurius triſmegiſtus, Meſomedus, Metrodorus, Michaëlius grammaticus, Mimnermus, Mnaſalcus, aliâs Mneſalcus, Mneſarchus, Moſchus, Muſicius, Myrinus, Myro.

¶Nero, Neſtor, Nicænetus, Nicander, Nicarchus, Niceratus, Nicias, Nicodemus Heracleotes (in Nicolaum Alexandrinum patriarcham) Nicomedes, Nilus ſcholaſticus, Noſſis.

¶Oenomaus, Oneſtes, aliâs Oneſtes Corinthius, Orpheus.

¶Palladas, Pamphilus, Pancratius, Parmenides Macedo, Parmenio, Parmenio Macedon, Paulus Silentiarius, Peritus, Perſes, Phacellus, Phaënnus, Phanias, Philippus, Philippus Macedon, Philodemus, Philon, Philoſtratus, Pinytus, Piſander, Plato, Plato iunior, Polemon rex, Polyænus, Pollianus, Polyſtratus, Pontianus, Pompeius, Pompeius iunior, Poſidippus, Ptolemæus.

¶Rufus domeſticus, Rufinus.

¶Sabinus, Sammias, Sappho, Sarapion, Satyrus, Satyrius, Satyrus Thyillus, Secæus, Secundus, Simmias, Simonides, Sophronius patriarcha Hieroſolymitanus, Speuſippus, Statyllius Flaccus, Strato, Syneſius philoſophus, Syneſius ſcholaſticus.

¶Thallus, Theætetus ſcholaſticus, Theocritus, Theodorides, Theodorus, aliâs Theodorus grammaticus, Theodorus Anthus, Theognis, Theon Alexandrinus, Theophanes, Theoſebia, Thomas patricius, Thomas ſcholaſticus, Tryphon Hermes, Thyillus idem puto qui Satyrus Thyillus, Tiberius, Tiberius Illus, Tillius Laureas, Timon, Traianus rex, Troilus grammaticus, Tyllius Geminus, Tymnes.

¶Xenocrates, Xenocritus.

¶Zanus, Zelotes, Zenobius grammaticus, Zenodotus, Zonâs, Zoſimus, Zoſimus Thaſius.

¶Epigram-

¶ Epigrammatum Latinorum poetæ veteres.

Epigrāmatum fragmenta P. Ouidij Nasonis, nuper inuenta.
Autorum diuersorum epigrammata in priapum, post Aeneidem in quibusdam æditionibus excusa, incendio digna.
C. Valerij Catulli carminum liber diuisus in Lyrica, Elegias, & Epigrammata.
M. Valerij Martialis Epigrammatum libri 14. In eosdem Annotationes Domitij Calderini, Georgij Merulæ, & Iacobi à Cruce, & scholia Micylli. Nicolaus Perottus in Commentarijs suis in primum Martialis librum totam ferè linguam Latinā obiter enarrat, ut merito Cornucopiæ inscribatur. Nos turpia & impudica omnia reiecimus, cætera in locos quosdam digessimus. Id quod Herm. Buschius in primum tantum librum præstitit, cui etiam scholia adiecit, quanquam idem in reliquis libris facturum se pollicitus.
Decij Ausonij epigrammata 115.
Chartæ lusoriæ cum uarijs quatuor poetarum sententijs, Ouidij puto, Horatij, Plauti, & Senecæ, excusæ Parisijs apud Vuechelum.
C. Sollij Sidonij Epigrammatum lib. 1.
Prosperi Reginensis episcopi epigrammata.

¶ Epigrammata Latinorum poetæ recentiores, ordine alphabeti.

Andreæ Alciati Emblemata. Eadē Gallice reddita Parisijs exiuerunt.
Angeli Politiani Epigrammata Latina & Græca.
Antonij Codri epigrammatum lib. 1.
Antonij Goueani & Antonij Mancinelli epigrammata.
Antonij Syluioli epigram. lib. 1.
Augustini Beatiani epigrammata.
Baptistæ Mantuani Epigrāmata ad Falconem.
Basinij Parmensis epigrammata.
Benedicti Iouij epigrammata.
Cantalitij epigrammata.
Claudij Rosseletti epigrammata uaria.
Cynthij Ioan. Baptistæ Epigrammatum libri 2.
Fr. Nigri Epigrāmata aliquot, cum descriptione Rhetiæ ipsius.
D. Erasmi Epigrammata uaria, Tomo 1. operum eius.
Epigrammatum libelli Domicij Palladij Sorani: quibus multa insunt amatoria & nimis impudentia.
Gasparis Bruschij epigrammata.
Georgij Aemylij epigrammata ad imagines mortis.
Georgij Læti epigrammata uaria, non ædita.
Gilberti Cognati Nozereni Epigrammata.
Gilberti Ducherij Epigrāmatum lib. 2.
Guilhelmi Castalij Epigrammata.
Herculis Strozę epigrāmatum libellus.
Hermici Caiadi & Huldrychi Hutteni epigrammata.
Epiodion de morte Plutonis & reliquorum dæmonum, Iacobi Locher Philomusi.
Iacobi Micylli epigrammata in Icones imperatorum.
Iacobi Vuimpfelingi epigrammata.
Ioachimi Mynsingeri epigrammatum lib. 1.
Iodoci Badij Epigrammata.
Ioan. Alexandri Brassicani epigram.
Ioan. Draconitis epigrammatum liber.
Ioan. Ferrerij Pedemontani Epigrammata.
Ioan. Hildenshemensis epigrammatum lib. 1.
Ioan. Pierij epigrammata.
Ioan. Pontani Baiarum libri 2. Eiusdem hendecasyllabi amatorijs & nimium lasciuis carminibus referti.
Epigrammata & Elegiæ Io. Reuchlini.
Ioan. Rhagij Epigrammata, & Ioan. Sapidi.
Ioan. Secundi Hagiensis epigrāmatum lib. 1.
Epigrammata 70. Sulpitij.
Ioan. Vulteij Remēsis Inscriptionum libri 2.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [160] - 72r
PUBLIC DOMAIN

Lamperti Benedictini epigrammata.
Ludouici Bigis epigrammata.
Michaëlis Marulli & Michaëlis Verrini epigrammata.
Maphei Vegij epigram.
Nicolai Borbonij epigrãmata et Nugæ.
Octauij Cleophili Epigrammatum libri 6.
Pamphili Saxi epigrammata.
Petri Bolandi plebani Schrieshemię epigrammata & carmina diuersa.
Petri Bonomi epigram.
Petri Burri epigrammatum lib. 1.
Philippi Melanchthonis epigrãmatum farrago, Tomo quinto operum eius.
Pontici Virmij epigrammatum & elegiarum libri 2.
P. Fausti Foroliuiẽ. distícha.
Remacli Florenati epigrammata.
Sebastiani Brant epigrammata.
Simonis Vallamberti Hedui epigrammata.
Simonis Fagelli Villatici epigrammatum libri 3. & Distichorum lib. 1.
Theodorici Vlsenij epigrammata.
Thomæ Mori epigrammata.
Titi Vespasiani Strozæ Aeolostichon, id est, uariorum uersuum libri 3.
In Edũardum Leum quorundam ẽ sodalitate literaria Erphurdiẽsi, Erasmici nominis studiosorum epigrammata, excusa Moguntię 1520. in 4. chartis 3.

FINIS LIBRI QVARTI DE POETICA.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [161] - 72v
PUBLIC DOMAIN

PARTITIONVM VNIVER

SALIVM LIBER V. DE ARITHMETICA.

ROBERTO STEPHANO REGIO TYPO-GRAPHO LVTETIAE PARISIORVM

Conradus Gesnerus S. D. P.

NON EQVIDEM ignoro, doctissime Roberte, quæ & quàm egregia uolumina per te publicũ acceperint, eaq; plura quàm ut hic recenseri, et elegantius diligentiusq; excusa, quàm ut pro merito à me cõmendari possint: nec in uno solum, sed omni propemodũ disciplinarũ genere, ut nulla ferè huius Operis pars sit, quę non iure tibi nuncuparetur: uolui tamẽ hoc in loco participem te lucubrationum nostrarum facere, non q̃ non alibi dignius id feciſſem, sed ne omnino te præterirem. Partes enim alias nostræ gentis typographis destinaui: peregrinis uero (quorum tu ueluti Sol quidam inter minora ſydera occurriſti) ea tantum dedicare constitui, in quibus nullus nostrorum, quod quidem scirem aut in præsentia meminissem, excelluisse uideretur. Excellere autem dico tỹpographum aliquem in hoc uel illo genere librorum, in quo uel plurimos, uel optimos, uel utrũq;, uel paucos sed bonos, uel unum sed optimum alicuius scientiæ authorem excuderit. Cum igitur inter Arithmeticæ scriptores Tonſtallo, cuius tu librum olim euulgaſti, primam laudẽ hactenus omnes ferè attribuerint (ut qui rem omnem logiſticam, quæ praxis, ut uocant, arithmeticæ eſt, Latiniſſime copioſe & perſpicue tradiderit) ubi hunc de Arithmetica libellum noſtrum nominatim dedicare uiſum eſt. Quamuis enim excellentiora plurima publicaueris, quorum comparatione nõ æquius arithmetica tibi quàm feles Mineruæ conſecranda uideatur: malui tamen aliqua in parte Bibliothecæ noſtræ quauis occaſione nomẽ tuum celebrare, quàm prorſus anonymum relinquere: idq; gratitudinis ergõ magis, quàm omnes ſtudioſi tibi debent, quàm quod laudis aliquid operibus tuis per ſe nobiliſſimis noſtra celebratione acceſſurũ ſperarem. Ego hoc unum abs te expecto humaniſſime mi Roberte, munuſculum tantillum boni ut conſulas, & non ex magnitudine aut dignitate ipſius, ſed animo authoris æſtimationem de eo facias. Libenter equidem hic beneficia tua in ſtudioſos, hoc eſt Officinæ tuæ opera, commemorarem, quæ uel te authore & laboribus tuis elucubrata, æternam proculdubio gloriam tibi paritura: uel ab alijs, priſcis, nouis, Græcis, Latiniſq; authoribus conſcripta, ex ædibus tuis prodiuerunt: niſi tantus eorũ numerus eſſet, ipſaq; adeò præclara, & uere baſilica, à typographo nomine & reipſa regio profecta, ut niſi laudarum dimittere nullum poſſem: Atqui ſi laudandis, ut merentur, ſingulis immorarer, prolixior epiſtola libelli huius modũ excederet. Theſaurum certe tuum, eiusq; epitomen Latinogallicam, Teſtamentum utrũq; Latinum cum ſcholijs, & Græcum ſeorſim, & Euſebium Græcum, quæ nunc præ cæteris abs te ædita memini, indicta relinquere non poſſum. Perge igitur uir optime, perge feliciter & auſpice Chriſto, ſacra & humana ſtudia pulcherrimis typis tuis iuuare: ſic boni pijq; & ſtudioſi omnes tibi faueant, & Domino Deo precibus ſuis te commendent: ſic Deus ipſe, qui honeſtos conatus nunquã deſerit, propitius tibi & benignus te maiq; omnia fortunet. Vale. Tiguri, decimo calendas Februarij, anno Saluis 1548.

TITVLI LIBRI QVINTI.

TITVLVS I. De mathematicis diſciplinis in genere.

II. De arithmetica in genere.

III. De arithmetica proprie dicta ſiue ſpeculatiua: & primum de ſingulis numeris, eorumq; uiribus & ſignificationibus etiam grammaticis, & deriuatis & compoſitis: Deinde de arithmeticis theoricis Græcorum, & Latinorum: poſtea de Coſticis.

IIII. De libris arithmeticæ uulgaris ſeu practicæ: quam & algoriſticam aliqui uocant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [162] - 73r
PUBLIC DOMAIN

TITVLVS I. DE MATHEMATICIS IN GENERE.

IDE LIBRI I. TITVlo 1. parte 13. qui scripserint in omnes artes.

De necessitate mathematicarum disciplinarum: atq; de mirandis multis operibus, quæ solis mathematicis artibus perpetrant. Hen. Corn. Agrippa 2. 1.

Philosophum non contingere absq; mathesi, Cælius 7. 30.

Mathematicæ unde dicantur, ibidem.

Cretensium lex de mathematis, Aelianus Græcus fol. 13.

De mathesi paucula, Cælius 16. 4.

In mathemata, Anthologij lib. 1. sect. 46.

De authoribus mathematices liber Andreæ Stiborij.

Oenopides mathematicus Chius, Aelianus Græcus fol. 45.

Quadriuiũ è Græco transtulit Boëtius teste Honorio.

Protomathesis opus uarium Orontij Finæi.

Mathematica & astrologica multa enumerauimus in Fr. Maurolyco Tomo 1. Vide etiam in Hieronymo Cardano Tomo 1. & in Appendice.

De mathematicis & cœlestibus problemata Aristotelis, sectione 12.

Mathematica quædam Theodori Magni Logothetæ.

Mathematica Mich. Psellí, nempe arithmetica, Musica, astronomica.

De Mathematica Isidorus lib. 3. Etymologiarum.

Speculationes mathematicæ Fr. Maurolyci. (sis 2.

De mathematica duplici Io. Carnoten.

M. Aur. Cassiodori compendium in mathematicas disciplinas.

De mathematica perfectione, Nicolaus de Cusa.

Lucas Paciolus omnem penè rationem mathematicæ disciplinæ Italica lingua complexus est.

Eiusdẽ Pacioli de diuina ꝓportione ex mathematicis disciplinis cõpendiũ.

De proportionibus & alia Mathematica Fernellius scripsit.

Pentabiblus de arte mathematica liber Græcus in Italia extat, nescio cuius authoris.

De mathematicis & metaphysicis reb. Vincentius Belluacensis lib. 17. Speculi Doctrinalis.

Alexandri cuiusdam mathematũ professoris Lipsiæ Mathemalogium, quo mathematicos locos Organi Aristotelis explicat, impressum Lipsiæ.

Ioach. Ringelbergij Chaos mathemati. Opera Campani. (cum.

Fr. Nigri Veneti liber quidam mathematicus.

De temporibus Mathesis, Honorius.

Arithmetica, harmonica, & mathematica uaria, Porphyrij, Nicomachi, Theonis, Ptolemæi, Procli, Græce extant Romæ in Vaticana bibliotheca.

TITVLVS II. DE ARITHmetica in genere.

ARithmetica, Iacobus Mag. in Sophilogio 1. 2. 6. Vide Titulo 1. huius libri de Mathematicis in genere: & lib. 1. Tit. 1. p. 13. qui scripserint in omnes artes.

Numerorum & cõputationis inuentor Theut, Cælius 22. 15.

Quis primus inuenerit numeros, Polydorus 1. 19.

Qui primo Arithmeticam inuenerint, Polydorus 1. 18. Cælius 18. 34.

Veteres numerasse tantũ ad quinariũ, Aristot. in Problematis puto, sect. 12.

Numerorum rationem haud esse contemnendam, Cælius 22. 11.

De arithmetica oratio G. Ioachimi Rhetici, seorsim & cum Melanchthonis orationibus impressa.

De arithmeticæ usu, Valturius 2. 5.

In arithmeticam Michaëlis Stifelij, præfatio Philippi Melanchthonis.

Qui dicantur computatorum digitis similes, Cælius 23. 10.

Digitorum gestu supputasse ueteres, & quomodo supputauerint, Cælius lib. 23. cap. 10. 11. 12.

Com-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [163] - 73v
PUBLIC DOMAIN

Computum digitorũ in cœnobio quodam Bobiẽ oppidi in Italia inuentum esse Volaterranus scribit.
Bedæ abacus numerandi cum præfatione Io. Auentini.
Logisteria mensa, abacus, abaculus, Cælius 7. 6.
De prouerbio, Numerare nouit, deq; arithmetice occultiore: cuiusmodi sit id, Deum omnia perfecisse pondere, numero, mensura, Cælius 22. 6.
De uario apud gentes numerandorum annorum modo, Polydorus 1. 19.
De numeralium nominũ ratione, quantum ad grammaticam L. Christophorus Baiticus: Henricus Glareanus in sua Arithmetica: Thomas Linacer in Constructione Latini sermonis.
Dimidium librum legi, aut dimidiam fabulam audiui, uitiose dici, Gell. 3. 14.
Numeralia nomina Græca & numerorum notæ, in fine Lexici Græcolatini excusa, & tabula de numerandis Græcorum more mẽsium diebus, de quibus in Astronomicis.
¶ De numerorũ notis in certis gesticulationibus constitutis, Agrippa 2. 16.
De uariis numerorũ notis apud Romanos, Agrip. 2. 17. Apud Græcos 2. 18.
De notis Hebræorum & Chaldæorum, & quibusdam aliis magorum notis, Agrippa 2. 19.
Qui numeri literis attribuant, atq; de diuinatione per eosdẽ, Agrippa 2. 20.
Qui numeri quibus diis sacri sint, et qui quib. elemẽtis adscripti, Agrip. 2. 21.

TITVLVS III. DE ARITHmetica proprie dicta siue speculatiua: & primum de singulis numeris, eorumq; uiribus & significationibus etiam grammaticis, & deriuatis, & compositis.

DE unitate et eius scala, Agrippa 2. 4. De monade, curq; ea ad Deum referatur: de ternario item ac quaternario: triembolum quid & decembolũ, Cælius 22. 9.
Pythagoræ placita de monade ac dyade, item de pari imparique, Cæl. 22. 7.
De dualitate & eius scala, Agrippa 2. 6.
De quaternario, et eius scala, Agrip. 2. 7
Quadrantaria Clytæmnestra, apud Cæcilium, quæ intellígenda, Cælius 18. 16.
Quadratum corpus quod sit: quadrata cõpositio: quadrati uersus: quadratũ agmen: quartarij, quadratarij, Cælius 17. 15.
Quadratum dici de numero, figura, corpore, Cælius 18. 14.
Quadrangulũ cur dicamus uirum bonum felicemq;, Cælius 18. 14.
Quinarij numeri potentia, cur sensus tantũ quinq;: πεμπάζειν quid, pembebolum, pentadactylus, pentasublum, Cælius 22. 10.
De quinario & eius scala, Agrippa 2. 8.
De senario numero, Cælius 22. 11. De senario & eius scala, Agrippa 2. 9.
De septenario & eius scala, Agrip. 2. 10.
Quod est quædã septenarij numeri uis, & facultas in multis naturæ reb. animaduersa, de qua M. Varro in hebdomadibus disserit copiose, Gell. 3. 10.
Quanquam omnes numeri modo quodam pleni sint, tamen octonariũ ac septenarium peculiariter plenos dici, & quam ob causam ille plenus uocetur, Macrob. in Somnium 1. 5. Multas esse causas cur septenarius plenus uocetur, deq; alijs numeris simplicibus, Idem 1. 6.
Multiplex septenarij potestas: cur ante diem septimum infanti non imponeretur nomẽ: de partu septimestri, Cælius 22. 12.
Septem circa animam septenarij, Marsilius 2. 48.
De prouerbio, Septimani tragœdi, Cælius 30. 4.
Septenarij ratione intima corporis constare, item extima: de septenario paucula, Cælius 4. 24.
De octonario & eius scala, Agrip. 2. 11. De octonario, ubi octomestris partus uitalis, octonario signari iustitiã, Cælius 22. 13.
Platoni magi immolarunt propter absolutũ nouies nouenariũ numerũ, Crinit. 24. 1. De nouenario numero, Cælius 22. 8. De nouenario & eius scala, Agrippa 2. 12.
Denarij numeri potestas, Cælius 22. 14. Denariũ numerum à corpore hominis esse acceptum, Cælius 3. 20.

De undenario & duodenario cum duplici duodenarij ſcala, Cabaliſtica & & Orphica, Agrippa 2.14.

De numeris qui ſupra duodenariũ ſunt, eorũq; potentia & uirtutibus, Agrippa 2.15.

De quadragenario numero, & eius poteſtate in puerpijs & infantibus: tum de feſto die, quem Græci tetracoſton appellant, Crinit. 22.6.

De ſexageſimo tertio ætatis anno, Gellius 15.7.

De centenarijs cœnis, Crinitus 14.6.

Annum milleſimum expectare quid ſit, Cælius 2.12.

¶ De numeris, eorumq; potentia & uirtute, Agrippa 2.2.

Quantas uirtutes numeri poſſideant in rebus cum naturalibus, tum tranſnaturalibus, Agrippa 2.3.

¶ Quæ numerorum partes dici iure poſſint, Cælius 22.11.

¶ Theologica explicatio numerorũ ſimplicium ab unitate ad denariũ, Græca, incerti quidem authoris, ſed qui plurima ex arithmetica Nicomachi Geraſeni & Anatolij, citatis authorũ nominibus tranſcripſerit. Ab initio meminit etiã Iſagogæ à ſe conſcriptæ. Impreſſa eſt primum Pariſijs apud Vuechelum 1544. in 4. chartis 8. & dimidia. Pythagorice & Platonice philoſophari uidetur: primum enim diſſerit de natura unitatis, eius præſtantia & perfectione, & quas ob cauſas à ueteribus præſertim Pithagoricis cognominata ſit, Mens, Prometheus, chaos, materia, & multis alijs cognominib. Vide ne ſit Theonis (cuius etiã geometrica habemꝰ quatenus ad philoſophiam Platonis accommodantur) aut fortè Procli.

Pſelli arithmeticæ ſpeculationis cõpendiũ, quo natura & uarietas numerorum & analogia conſiderantur.

Eucharius Lugdunẽſis de numeris, quorum ſignificationes in allegoriã trahuntur, capite 11. libri de formis ſpiritalibus.

De numerorum myſtica ſignificatione, Iod. Clichthoueus.

De ſenario & ſeptenario numeris, Carolus Bouillus in epiſtolis philoſophicis. De quinario, ibid. De ſenario, rurſus ibid. De ſenario & duodenario, rurſus ibid.

De 12. numeris (ab unitate ad duodenarium) theologica & cõtemplatiua explicatio, Caroli Bouilli.

De numeris perfectis, ut ſunt 1.6.10.28. &c. qui etiã ad indaganda diuina maximũ habẽt momentũ, Car. Bouillus.

¶ De proportiõibus libri 2. Io. Fernelij.

De ꝓportionib. ſingularibꝰ Achmetis.

Lachs quidam ſic dictus author de proportionibus ſcripſit librum Pariſijs impreſſum.

Arithmeticá ne proportio in conuiuio probabilior, an geometrica, Cælius 27.22.

Ex numeris qui dicantur lineares, plani, ſolidi: Numerus quid: qui numerus dicatur potentia, & qui actu: digitus in numero quid, itẽ articulus. Supernumerarij, ſupernumerũ, numerarij, numero dicere, Cæl. 22.15.

De triplici numerorum proportione in Arithmetice, Muſice, ac Geometrice: tum de eleganti ſimilitudine ad rempub. Crinitus 14.9.

De medijs duobus arithmetico & geometrico, Cælius 22.16.

Quid ſit numerus hemiolios, quid epitritos, & quod uocabula iſta non facile noſtri auſi ſunt uertere in linguã Latinam, Gellius 18.14.

Lucæ Pacioli de diuina proportione ex mathematicis diſciplinis compendiũ, Italice impreſſum.

De proportionibus, Fernellius, & Hieronymus Hangeſt.

¶ *Arithmeticæ quædam Græcorum theoricæ.*

Arithmetica Euclidis.

De numeris polygonijs Diophantus.

Arithmetices libri 2. Diophanti, cũ ſcholijs Max. Planudis.

Arithmeticę libri 2. Nicomachi Geraſeni. In eandem extant commentarij Græci Aſclepij Tralliani.

Ioã. philoſophi in arithmeticã expoſitio.

Arithmeticæ ſpeculationis cõpendium Michaëlis Pſelli.

Arithmetica, harmonica, & mathematica ua-

ca uaria, Porphyrij, Nicomachi, Theonis, Ptolemæi, Procli, Græce extant Romæ in bibliotheca Vaticana.

¶ *Latinorum arithmeticæ ſpeculatiuæ.*

De arithmetica M. Varro.

De arithmetica libri 2. Boëtij. In eoſdem cõmentarij Girardi Rufi & Iodoci Clichthouei. Epitome eorundem per Iacobum Fabrum Stapuleñ. & Fran. Maurolycum.

Iordani Nemorarij arithmeticæ libri 10. cum cõmentarijs ſeu demõſtrationibus proprijs. In eoſdẽ & Boëtij de arithmetica libros introductio Iacobi Fabri.

Eiuſdem arithmetica elementa.

Data arithmetica Iordani Fran. Maurolycus pollicetur, & ſua etiam.

Numerorũ quadripartitũ Iordani Nemorarij.

Arithmetica ſpeculatiua Ioã. de Muris: & Iod. Vuillichij.

De arithmetica libri 3. Georgij Vallæ.

Arithmetica demonſtrata ueteris cuiuſdam incerti, excuſa Norimbergę apud Petreium.

Arithmetica ſpeculatiua Fr. Maurolyci. Vide Tomo 1. ab initio ſecundæ ſectionis operum quæ promittit.

Inuentio duarum mediarum proportionalium, Fr. Maurolyci.

Eiuſdem arithmeticæ quæſtiones.

¶ *Arithmeticæ coſsicæ ſcriptores.*

Regulã cos ſiue algebræ, Arabũ inuentum eſſe audio, quod uel nomen teſtatur, à Græcis non deſcriptam: Iodocus Vuillichius ſchematiſticã uocat à figuris numerorũ quibus utiẽ, Cardanus artem magnã. Huic aliqui demonſtratiões adhibuerunt, ut Cardanus: alij de uulgari eius uſu ſimpliciter ſcripſerunt.

Alexandri cuiuſdam mathematum profeſſoris Lipſiæ, ubi nuper obijt, regulæ Cos non impreſſæ.

Grammatei Cos impreſſa Germanice.

Chriſtophori Rodolphi arithmetica coſsica, & altera uulgaris.

Mich. Stifelij arithmetica perfecta, cum Philippi Melanchthonis præfatione, Latina: & Germanica, quę diuiditur in computum familiæ, coſſicũ, & eccleſiaſticum.

Lucæ Pacæoli libri de arithmetica utiliſſimi, Italice ſcripti, & in Italia impreſſi. Aliâs, Lucas Paciolus omnẽ penè rationẽ mathematicæ diſciplinæ Italica lingua cõplexus eſt. Audio eius etiam Geometrica prodiuiſſe.

Hieronymi Cardani ars magna. i. Cos, arithmetica abſolutiſſima, excuſa Noribergæ apud Petreium 1545.

Mahomet cuiuſdã regulæ algebræ extant: citantur in Arte magna Hieronymi Cardani.

Regulæ poſitionũ Frãciſci Maurolyci.

TITVLVS IIII. DE LIBRIS *arithmeticæ uulgaris ſeu practicæ, quam & algoriſticam aliqui uocant, ut à ſpeculatiua & coſsica diſcernant. Ordo enumerationis eſt alphabeticus.*

ABacus Græce extat in Italia, neſcio cuius authoris.

Algoriſmus authoris incerti, liber excuſus. Sunt qui algoriſmum ab authore quodam dictum putent.

Arithmetica R. Abrahã Cai, Hebraice & Latine interprete Oſualdo Schrekenfuchſio.

De arte numerandi Alexander de Villa dei.

Arithmetica Andreæ Eggerdem.

Chriſtierni Morſiani Dani arithmetica partibus 5.

Chriſtophori Rodolphi arithmetica.

Cutheberti Tonſtalli lib. 14. de arte ſupputandi.

Franciſci Mataracij arithmetica.

Fr. Feliciani Lazeſij Veronẽſis de arithmetica liber, Italice.

Gemmæ Phryſij arithmetica, optimus libellus.

Georgij Macropedij breuis ratio calculandi.

Georgij Purbachij arithmetica practica: aliâs inſcripta, Introductio in Aritheticam: & aliâs, Algorithmus de numeris integris & fractis.

Hen. Glareani arithmetica.

Henricus Vuelpius Lingenſis de arithmeticæ communibus regulis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [166] - 75r
PUBLIC DOMAIN

Hermãni Contracti conflictus rythmomachiæ.
Hieronymi Cardiani arithmetica practica.
Huldrychi Regij epitome utriuſq; arithmetices.
Iacobi Kœbel, & Petri Apiani arithmeticæ Germanicæ.
Iacobi Fabri rythmomachiæ ludus, ſeu pugna numerorum.
Ioachimi Ringelbergij arithmetica.
Io. Eruelulden Monhemij methodus arithmeticæ, omnem ſupputandi artem tradens, tam illam quæ notis numerorum, quàm quæ calculis perficitur.
Ioan. Fortunati nouum Lumẽ arithmeticæ, Italice.
Io. Fœniſecæ algorithmus ſubalternus.
Io. Linerius de minutijs.
Io. Nouiomagi arithmeticæ libri 3.
Io. Silicei arithmetica.
Io. Vuolphij Hersbrugien. arithmetices rudimenta. Knoblouchius excudit Argentinæ 1540. Vna cum methodo radicum extrahendarum & progreſſionum arithmeticarum per quendã mathematices ſtudioſum.
Iodoci Clichthouei regulæ ſiue cõpendium, de praxi numerandi.
Iodoci Vuillichij arithmetica ſpeculatiua & practica.
Orontij Finei arithmeticæ practicæ libri 4.
Proſdocimus Beldamandus de algoriſmo.
Raphaëlis Volaterrani arithmetica.
Theodoricus Tziuel de numeris.

¶ *Arithmeticæ theoricæ diuiſio, quam ex Græco libello Pſelli de arithmetica tranſtulimus.*

¶ Genera diuiſionum hæc ſunt: In numero conſiderantur quinq;, Vnitatum multitudo quæ uel par uel impar eſt: Partium habitus ad totũ, perfectus, imperfectus, abundans: Rationes, Proportiones, Figuræ, quarũ aliæ planæ, aliæ ſolidæ ſunt.

NVMERORVM alius par eſt, alius impar. Et PARIVM alius pariter par, qui æqualiter diuiditur & ſubdiuidi tur ad unitatẽ uſq;, ut 32. Pariter impar, ſemel tantum æqualiter diuidi tur, ut 18. in 9. & 26. in 13. Impariter par, citra unitatem ſubſiſtit, ut 12. in 6. & 6. in tria, nec ultra.

¶ *Imparium alius eſt*

Primus, qui ſola unitate menſuratur, ut 3. 5. 7. &c.
Compoſitus uel ſecundus, qui duobus aut pluribus numeris menſuratur, ut 15. per 3. & 5. ſic 21. per 3. & 7. ſic 41. per 3. & 15. uel per 5. & 9.
Medius, qui fit ex unico numero in ſe ducto, ut 9. ex ternario, 49. ex ſeptenario.

¶ *Ex partium habitu ad totum, alius eſt*

Perfectus, ſuis partibus æqualis, ut ſenarius unitati & 2. & 3. coniunctis.
Imperfectus, minor ſuis partibus, ut 8. cuius partes ſunt 4. 2. & 1.
Abundans, maior ſuis partibus, ut 12. cuius partes 1. 2. 3. 4. 6. Pars eſt quæ aliquoties ſumpta, nec excreſcendo, neq; deficiẽdo ſuum totum metitur. Pars ſenarij, tria: partes, quatuor.
MVLTIPLICATI duo numeri conſtituunt ſuperficiem, cuius latera ſunt numeri ipſi in ſe ducti. Tres numeri, faciunt ſolidum, cuius latera ſunt ipſi in ſe ducti.
QVADRATVS eſt, pariter par: uel qui duobus æqualibus numeris continetur: uel qui ſeipſum multiplicat.
CVBVS eſt pariter par pariter: uel trib. æqualibus numeris contentus: uel, qui multiplicat tum ſe, tum ex ſeipſo multiplicatum.

¶ *Ratio eſt collatio duorum tantum inter ſe numerorum: Conferuntur autem,*

Aequalis æquali, ut quartus quarto, aut quintus quinto, &c.
Maior minori, & epilogus appellatur: cuius differentiæ ſunt quinq;.
1. Superparticularis quæ totum cum parte habet, ut ſeſquialtera, ſeſquitertia, ſeſquiquarta, ſeſquiquinta, &c.
2. Superpartiens, quæ totũ habet cum partibus, ut ſuperbipartiens, ſupertripartiens, &c.

3. Mul.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [167] - 75v
PUBLIC DOMAIN

3. Multiplex, ut dupla, tripla.
4. Multiplex superparticularis, quę totum aliquoties habet cũ parte aliquota.
5. Multiplex superpartiens, totum aliquoties cum aliquot partibus.

Minor maiori, hypologus uel hyparithmius dicta: differentiæ autem eius & differentiarum nomina eadem sunt, nisi quod sub præpositio singulis adiȝcitur, et super prępositio, si adsit, remouetur.

¶ *Analogia siue proportio est duarum aut plurium rationum inter se collatio. Ea autem uel est,*

Continua, tres ut minimum numeros requirens: Exemplum, ut 8. ad 4. sic 4. ad duo.

Discreta, quatuor ut nimium constans numeris: Vt 12. ad 6. sic 4. ad 2.

¶ Analogiæ decem.

1. Arithmetica, cuius proprium est, ut numeri collati æqualiter quantitate excedant: Vt 6. ad 4. sic 4. ad 2. Vterq; duabus unitatibus excedit.
2. Geometrica, qua numeri collati æquali collatione excedunt: Vt 9. ad 6. sic 6. ad 4. Vtræq; sesquialteræ sunt. Vide post decimam.
3. Harmonica, ut maior ad minimum, sic maiorum differentia ad minorum differentiam, ut 6.4.3. Tales & Musicæ ratiões sunt, scilicet epitritus uel diatessaron, ut in iam posito exemplo 4. ad 3. hemiolius uel diapente, ut 6. ad 4. duplus uel diapasõn ut 6. ad 3. Harmonicos duplos, ut disdiatessaron, disdiapente, disdiapasõn, utpote Geometricæ analogiæ, omittimus.
4. Contraria harmonicæ, cum ut maior ad minimum: sic minorum differentia ad maiorum differentiam, ut 6.5.3.
5. Cum ut medius ad minimum, sic minorum differentia ad maiorum, ut 5.4.2.
6. Cũ ut maximus ad mediũ, sic minorũ differẽtia ad maiorũ, ut 6.4.1.
7. Vt maximus ad minimũ, sic eorundem differentia ad minorum, ut 9.8.6.
8. Vt maximus ad minimũ, sic eorundem differentia ad maiorum, ut 9.7.6.
9. Vt medius ad minimum, sic extremorum differentia ad minorum, ut 7.6.4.
10. Cum ut medius ad minimũ, sic extremorũ differentia ad maiorum, ut 8.5.3.

Cæterum analogia ex æqualibus rationibus, cum ut primus ad mediũ, sic medius ad ultimum se habet, eadem est Geometricæ proportioni: Vt, 4. 4.4. uel 4.8.16.

¶ *Figuræ numerorum uel planæ, uel solidæ sunt.*

Omnis figura ab unitate incipiens, sequentibus numeris singillatim per unitates adscriptis constituitur & augetur. Et in triangulis quidem per singulos deinceps numeros hoc fieri potest, in tetragonis uero uno semper intermisso, in pentagonis duobus, in hexagonis tribus. Et sic deinceps, ut numerus angulorum augetur, sic etiam intermittendorum numerorum.

¶ Trianguli.

a Vnitati subde binarium: a
a a & iterum ternarium, a a
a a a & iterum quaternarium: &
a a a a sic in infinitum. Sunt autẽ omnes in illis lineę æquales, id est æqualibus unitatibus constant.

QVADRANGVLI fiunt ex singulis deinceps numeris in se ductis, bis 2. 4. ter 3. 9. quater 4. 16. Vel, Vnitati adde sequentem, non tamen proxime, sed uno intermisso ab unitate incipiens. Vnum & tria sunt 4. & iterum
a a post tria uno intermisso a a a
a a adde quinarium: his rur a a a
sus septenarium, fient 16. & a a a
sic deinceps.

PENTAGONI fiunt, si unitati addas sequentem duobus intermissis. Numeros post latera æqualibus unitatibus

notata reliquos, in mediam figuram inſcribito.

Vnitati adde quaternarium, & fiet pri-
a mus pentagonus: rurſus a
a a intermitte duos, & adde a a
a a ſeptenarium, cuius ſin- a a a
gula latera binis unitatibus a a a
conſtant, & ſic deinceps. a a a
a HEXAGONVM fit tribus inter-
a a miſſis, unitati adde quinarium,
a a fiet ſenarius.

¶ Circulus fit, cum numerus in ſe ductus, rurſum in ſeipſum deſinit, quales duo ſunt, nempe quinquies quinq;, 25. & ſexies ſex, 36. Omnes quidem in ſe ducti fiunt tetragoni, ut hi quoq;: ſed nulli præter hos in ſeipſos poſt multiplicationem deſinunt.

Figuræ quælibet dicuntur aut æquales, quæ ſecundũ æquales rationes analoga habent latera: aut ſimiles, quæ ſecundum reliquas rationes analogæ ſunt.

¶ Solidæ figuræ ſunt, cum planæ planis ſubijciuntur.

Pyramides fiunt, cum epipeda angularia maiora minoribus ſubijciuntur, & minori unitas ſuperadditur, quo modo progredi potes quouſq; uolueris. Sunt autem pyramidum aliæ integræ: aliæ mutilæ, quibus reſecatur unitas ſuprema, Triangulus primus, ſecundus, tertius, &c.

¶ CVM ſupponunt epipeda angularia: aut maiora minoribus, &c. fiunt pyramides, ut iam dictum eſt:
aut æqualia æqualibus, trigona uel pentagona, uel pluribus angulis prædita, & πρ σματα fiunt:
aut tetragona, ſiue ut omnes dimenſiones æquales ſint, quod uocant ἰσόπλευρα ἴσως ἰσάκις, & cubi fiunt: ſiue ut profunditas lõgo lato uel maior ſit, quod uocant ἰσάκις ἴσως μειζονάκις, & fiunt docides .i. trabeculæ: uel minor ſit, quod uocant ἰσάκισ ἴσως ἐλαττονάκις, & plinthides fiunt:
aut altera parte longiora, ubi ſi profunditas reſpondet latitudini, iterum fiunt trabeculæ: ſi longitudini, plinthides iterum.

¶ *Circularia multiplicata.*

Per alios numeros, fiunt cylindri: ut 25. per 2. uel tria.

Per numeros unde inceperunt, ut 25. per 5. facit 125. ſphæram. Sic 36. per 6. facit ſphæram 216. neq; inueniuntur plures ſphæræ. Coni uero in numeris non reperiuntur, quia duo tantum ſunt circuli, deberent autem coni fieri ex pluribus circulis, ita ut maioribus minores ſuperponerẽtur, & poſtremo unitas.

FINIS ARITHMETICAE SPECVLATIONIS PSELLI: *Cribri figuram, qua parium & imparium numerorum differentiæ ſtatim ob oculos ponuntur, ob chartæ anguſtiam omiſimus.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [169] - 76v
PUBLIC DOMAIN

PARTITIONVM VNIVER

SALIVM LIBER VI. DE GEOMETRIA.

ORNATISSIMO VIRO IOANNI PETREIO, TYPOGRAPHO EXCELLENTI, CONRAdus Gesnerus S. D. P.

ONDVBITO quin admireris optime Petreie, quid ita homo ignotus et longo regionũ spatio diſſitus te appellẽ, idq; exiguo dono nimis familiariter fretus. Familiare enim eſt parua etiam munera amicis mittere, quos omnia boni conſulere, in bonam partem accipere, & animum magis quàm rei pretium æſtimare, perſuaſum habemus. Ignotos uero, quos primũ nobis demereri, & in beneuolentiam aut amicitiã pertrahere noſtrã uoluerimus, ſplendidiore aliquo dono afficere ſolemus. Sic omnes ferè artifices operum ſuorum initia, tanquam caput totius (nam homines etiã in ea parte ornanda plus curæ ponunt) illuſtriora proponere conantur: & uulgo fertur Principiũ dimidium eſſe totius. Quid igitur, dicat aliquis, ad beneuolentiæ quam hoc epiſtolio capras initium nõ ſplendidioris alicuius doni apparatu uiam tibi muniuiſti? Reſpondeo, initia rerum omniũ exigua eſſe, & à primordijs maxima quæq; prodire in uniuerſo rerũ naturalium genere: in ijs uero quæ ſecundũ artem aliquã fiunt operibus, multa ad oſtentationẽ fieri: & fraudem eſſe quandam principia & quæ primo conſpectui ſe offerũt, ijs quæ ſequuntur interioraq; ſunt, magis ſplendere & plus prima fronte quàm in receſſu præſtent, polliceri. Multa in hanc ſententiam afferre poſſem de ratione principiorum artis & naturæ: ſed pauca tantũ addam, quibus illos qui contra ſentiunt, qua poſſum mihi conciliem. Magna quidem utriuſq; principij uis eſt, uariat autem pro differentia hominũ à quibus & erga quos uſurpatur. Etenim boni uiri, qui bonorum erga ſe beneuolentiam excitare cupiunt, ad quam illos ſua ſponte pro nos eſſe intelligunt (ἀνθρωποι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ὑπ' αὐτῶν ἕνεκα) naturã magis quàm artem imitari, & ab omni affectatione alieni, uel paruo initio eis ſe approbare, & futuri amoris fomitẽ uel una ſuſcitare ſcintilla poſſunt: cuius occaſione ad maiora ſubinde pergant, & incrementum paulatim addant, quod natura etiã in ſuis effectis obſeruare ſolet. Hoc idem boni uiri ut in amicitia ambienda, ſic in alijs etiam actionibus ſuis omnibus faciunt, omnia nempe ſimpliciter, ingenue, candide, ſine arte, ſine fuco, & quàm maxime ſecundum naturã fieri poteſt. Alia ratio eſt, ubi aut illi qui ambiunt, aut illi quorum ambitur beneuolentia, aut utriq; mali & artis oſtentationisq; potius quàm naturæ æmuli fuerint. Mali enim, qui aliorũ, qua leſcunq; illi ſint, fauorem quærunt, omnes indifferenter ex ſuo ingenio metiuntur, tanquã nemine quicquam quod non arte & apparatu aliquo conſtet approbaturo, & omnibus ita affectis ut non ſua ſponte ſed præmijs duntaxat & pretij magnitudine ad amandũ & benè faciendũ allici poſſint. Boni etiã, ſi ita contingat ut malorum amicitia indigeant, eodem ſibi modo eam parare, & illorũ moribus neceſſario ſe accõmodare coguntur. Mediocrium mores & actiones inter utroſq; mediocres ſunt. Sed omittã hanc diſputationem, ne dum arti naturã præfero, artis ope id ipſum efficere, meoq; me iugulare gladio dicar: & exiguo libello quem nomini tuo inſcribo, initium præfandi prolixitate non exiguũ præmittere: ut ſæpe in uitium ducit uiri fuga ſi caret arte, non modo contrarium, quanquam id frequentius, ſed illud ipſum quandoq; quod fugimus. Hæc certe potiſſima fuit nuncupationis huius cauſa, quod & geometrica & mathematica multa elegantiſſime diligentiſſimeq; apud te excuſa ſint: Qualia ſunt, Ioannis de Regiomonte de triangulis omnigenis libri quinq: De quadratura circuli liber eiuſdem cum redargutionibus contra Nicolaũ Cuſanum: De triangulis Vernerus, Geomeria Germanica authore N. Schmid, Vitellionis Perſpectiua: Nicolaus Copernicus de reuolutionibus orbium cœleſtiũ, Tabulæ reſolutæ in aſtronomia, Io. Schoneri introductoriũ in aſtrologiã, Hieron. Cardani aſtrologiæ aphoriſmi. Eiuſdẽ Supplementum Almanach, Libri de ſapientia & Ars magna: Stifelij arithmetica abſoluiſſima Latine & Germanice: Chriſtophori Rodolphi arithmetica minor optima Germanice ſcripta: aſtrologica quædam Græca & Latina Ioachimo Camerario interprete: Et alia multa, ut Corpus iuris ſine commentarijs à Ge. Haloandro magna cum laude emendatum, Andreæ Oſiandri Symphonia quatuor euangeliorũ Græce, Latine, & Germanice: Geberi opus de chymia: & alia, quæ ne prolixior ſim hic non enumerabo: quan quam etiam ſi uelim, non poſſim omnia, qui plurima apud te ædita propter loci diſtantiam nõ uiderim. Merito igitur tuo & iure optimo hic in mathematicis locus tibi dedicandus uenit. Quod ſi beneuolentia hæc in te mea, qua propter optimos libros ſingulari diligentia tua excuſos te libenter amplector, & omni fauore dignum omnibus qui hæc legerint prædico, non improbata tibi fuerit, gaudebo equidem & planè ſatisfactum expectationi meæ arbitrabor: & ut feliciter ædendis doctiſſimis libris bonas artes & pia ſtudia iuuare pergas, Deum omnipotentem orabo. Vale. Tiguri Decimo calendas Februarij, anno Salutis 1548.

o

TITVLVS I. De geometria in genere.
II. De elementis geometriæ.
III. De his quæ elementa geometrica sequuntur, uel deducuntur ex eis. Huius pars altera est, De ponderibus mathematicis.
IIII. De opticis & catoptricis.
V. De Geodæsia, seu geometria practica.

LIBRI VI. TITVLVS I. DE GEOMETRIA IN GENERE.

PHILIPPI Melanchthonis præfatio in Geometriã Io. Vœgelini.
Geometria, Iacob. Magnus in Sophilogio 1. 2. 7.
De inscriptione quæ erat in uestibulis Platonis, Nullus ingrediatur expers geometriæ, Tzetzes 8. 249.
De geometria atque perspectiua, Tzetzes 11. 381.
Geometriæ inuẽtio, Cælius 18. 34. & Polydorus 1. 18.
Geometriæ excellentia, Plinius 7. 37.
Geometriæ partes, canonice, metrice, Cælius 15. 13.
De geometria scitu digna, Cælius 7. 30.
Quid puluis eruditus, quid abacus, ibidem.
De militari geometria, Valturius 2. 5.
De mundi geometria, Plinius 2. 25.
Qua ratione Plato dixerit Deũ semper geometrãn, Plutarchus Symp. 8. 2.
Quid Geometræ dicant Græci, quibus omnia ista uocabulis Latinis appellentur, Gellius 1. 20.
Vide Titulo primo libri primi qui scripserint in omnes artes: & Titulo primo libri 5. de arithmetica, qui in mathematicas omnes.

TITVLVS II. DE ELEMENTIS GEOMETRIÆ.

DE Geometricis elementis lib. 15. Euclidis Græci.
In Euclidis Geometrica Græca, præfatio Simonis Grynæi.
Euclidis Geometrica cum Theonis & Hypsiclis commentarijs Latine reddidit Bartolemæus Zambertus.
Euclidis Geometrica transtulit & expo suit Campanus Gallus transalpinus. Vide in Fr. Maurolyco, sect. 1. Lucas Paciolus sermone Italico reddidit iuxta Campani translationem Latinã.
Euclides Italicus emendatus per Nicolaum Tartaleam Brixianũ, cum expositione eiusdem, ut quilibet citra ullius alterius artis opem facile intelligat.
Hieronymi Cardani lib. 15. cõmentariorum in Euclidem, nondum excusi.
Euclidis Geometria Boëtio interprete, libellus sesquichartæ.
In Euclidis primum, Enarrationũ Proclí libri 4.
Ioannis Vœgelin Geometrica introductio ex Euclide.
Leonhardus Seehofer Arithmeticus Lipsiæ, Euclidem in Germanicum sermonem traduxit, & singulis demonstrationibus numeros absolutos & cossicos adiecit prout res exigebat: opus perutile, nondum æditum.
In sex priores libros Elementorum Euclidis, Orontij Finæi demonstrationes.
De diuisionibus Euclides. Eiusdem Data.
De geometria Anatolius Alexandrinus.
De geometria Iordani libri 3. Lipsiæ in bibliotheca Paulina.
De geometria Elias Oriẽtalis Hebraice.
De geometria speculatiua, & practica liber Frãcisci Feliciani Lazesij, Italice.
In geometriam & sphæram isagogica introductio per Erotemata, pro adolescentulis, nescio cuius authoris, excusa in 8. anno 1541.
De lineis insecabilibus Aristotelis librũ Iacobus Schegkius transtulit.
¶Sphærica siue de sphæris scripsit Cl. Ptolemæus: & Theodosius philosophus de eisdẽ lib. 3. Fr. Maurolycus Theo-

Theodosij et Menelai sphęrica promisit.
¶Geometrica Heronis: Spiralia eiusdē G. Valla transtulit & pro suis usurpauit.
Vuernerus de triangulis.
Io. de Regiomonte de triangulis omnimodis libri 5.
De lateribus & angulis triangulorum, Nicolaus Copernicus.
Apollonij Pergæi Conica Franciscus Maurolycus promisit.
In 24. Elementa Conica Io. Vuernerus.
De quinq; corporibus æquilateris Ioā. de Monteregio.
Archimedem de isoperimetris figuris Fr. Maurolycus promisit. Vide Tomo 1. in Fr. Maurolyco, sectione prima operum eius.
De figuris planis & solidis Fr. Maurolycus.
Multangularum omnium & regulariū figurarum descriptio, Orontij Finæi.
Geometrica problemata Ioānis de Monteregio.
Quæstiones geometriæ Hermolai Barbari & Fr. Maurolyci.
De geometria libri 6. Ge. Vallæ.
Geometricum introductorium, Caroli Bouilli libri 6.
Geometricum opus Dominici Parisiensis.
De geometria libri 2. Boëtij.
Ioannis Cæsarij geometriæ epitome, ex sex libris Caroli Bouilli.
De geometria Raph. Volaterranus.
De geometria & partibus, Aug. Dathus.
Quinq; corporum regulariū & dependentium actiuæ perscrutationis liber (Italicus) Lucæ Pacioli.
Quod solidum corpus, & quæ mathematica corpora, Cælius 8. 19.
11 De syncope, & huius nouæ institutionis diuersitate querela, cum exemplis ad eam ostendendam opportunis. Denicq; de sex uocũ Musicalium (quas uocant) deductionibus exempla.
12 De proportionibus Musicis.
13 Duodecim modorum exempla, ac primum hypodorij ac Aeolij.
14 De hypophrygio & hyperæolio exempla.
15 De hypolydio & eius exemplis.
16 De Ionico exempla.
17 Dorij modi exempla.
18 De hypomixolydio, & eius exẽpla.
19 Phrygij modi exempla.
20 Hypoæolij modi exempla.
21 De Lydij hyperphrygijq; modorũ exemplis.
22 De mixolydio ac eius exemplis.
23 De hypoionico.
24 De binorum modorum cõnexione exempla: atq; inibi obiter Iusquini Pratensis encomium.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [188] - 86r
PUBLIC DOMAIN

25 De tenoribus diapaſõn non explentibus.
26 De ſymphonetarum ingenio.

LVDOVICI FOliani Mutinenſis Muſicæ Theoricæ trium ſectionum capita.

¶ Primæ ſectionis capita 9.

1 Quid ſubiectum Muſices, & cur illa dicatur ſcientia media, & ſubalternata, & quis operis ordo.
2 Quot modis numeri ad inuicẽ comparentur, ex quibus proportionũ genera eliciuntur.
3 De ordine iam inuẽtorum generũ.
4 Cuiuslibet generis inferioris ad proportionem maioris inæqualitatis ſpecierum procreatio.
5 Quomodo cuiuſcũq; proportionis radices inueniantur.
6 Datam in quibuſcũq; numeris pluriũ proportionũ continuã connexionem radicitus inuenire.
7 Quotlibet proportiones ordine continuato ſimul aggregare.
8 De ſubtractione ꝓportionis à proportione, quomodo fiat.
9 De harmonica proportionalitate.

¶ Secundæ ſectionis capita 18.

1 Quomodo unaquæq; conſonantia ſuæ aptetur proportioni.
2 Quid cõſonantia, diſſonãtia, ſonus.
3 Quare magis conſonantiæ à proportionibus maioris ꝙ minoris inæqualitatis oriri dicantur.
4 Quomodo ad diapaſõn tota conſonantiarum diuerſitas terminetur.
5 Quæ nam conſonantiæ ſint perfectæ, quæ ũe imperfectæ.
6 Alia ſonorum interualla, quæ non ſunt conſonantiæ, à Muſicis conſiderari.
7 Quot & quæ ſint à Muſicis conſiderata diſſona interualla.
8 De utilitate diſſonantium interuallorum, ab utilitate toni maioris incipiendo tractatur.
9 De utilitate toni minoris.
10 De utilitate ſemitonij maioris.
11 De utilitate ſemitonij minoris.
12 De utilitate ſemitonij minimi.
13 De utilitate commatis.
14 De differentijs conſonantiarũ quantitatiuis.
15 Quomodo toni & ſemitonia, & cætera id genus ad inuicem ſecundũ quantitatem differant.
16 Quid quodlibet interuallũ, ſiue conſonum, ſiue diſſonum ſuo ſimili generet additum.
17 Quænã diuerſæ conſonantiæ ſimul aggregatæ generent cõſonantias, & quæ non.
18 Quomodo diuerſa interualla diſſona ſeſe habeant in compoſitione.

¶ Tertiæ ſectionis capita 7.

1 Monochordi in puris numeris rationi tantum ſubiecta diuiſio, non prius tentata.
2 Quod duo b ſolre, & duo b mollia, de neceſſitate ponantur.
3 Monochordi aurium iudicio ſubiectam partitionẽ ſine circino quàm facillime fieri poſſe.
4 Qualiter in diuiſione monochordi, quæ fit per ſenſum, duo ſoni conſonantiam facientes, ſimul audiri poſſint.
5 Quare iuxta tritum antiquorũ morem non eſt facta monochordi diuiſio.
6 Poſitam monochordi diuiſionẽ eſſe ſecundum naturam.
7 Ratio cõpoſitionis manus ſiue introductorij Latini, & quomodo à Græcis tetrachordis originem trahat.

FINIS LIBRI VII. DE MVSICA.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [189] - 86v
PUBLIC DOMAIN

PARTITIONVM VNIVERSALIVM LIBER VIII. DE ASTRONOMIA.

OPTIMO TYPOGRAPHO HIERONYMO CVRIONI BASILIENSI, AMICO SINGVlari, Conradus Gesnerus S. D. P

COMMODE opinor euenit Hieronyme charissime, ut hic statim post illum de Musica socero tuo dedicatum liber tibi offerretur. Tu enim optimi patris Valentini Curionis & eius successorum uestigia adolescens adhuc secutus, utilissimos indies libros hæreditario quodã iure tuo in commune suppeditas, Publicata autem ab illis sunt hæc: Lexicon Græcolatinum (quod nunc etiam insigniter ut audio locupletatũ excudis) Ambrosij Calepini Vocabularium Latinum, quod subinde nouis accessionibus auctum recudis: Strabonis geographia Latine, cum eiusdẽ epitome: Platonis opera Græca cum Procli commentarijs in Timæum & Politica, cum indicibus copiosis: Athenæus Græcus, Latinis itidem & Græcis indicibus utilissimis instructus: Nicolai Perotti Cornucopiæ: Absyrti & aliorum ueterinaria medicina Græce: Cl. Ptolemæi magna syntaxis Græca cum commentarijs Theonis: Aratus Græcus cum commentarijs Græcis itidem Theonis, quibus in eodem uolumine accedunt, P aniisphærium Ptolemæi & Iordani, & Iacobi Ziegleri Landaui præclaræ lucubrationes quatuor, nempe De solidæ sphæræ constructione liber, Scholia in Sphæram Procli Diadochi, De canonica per sphæram operatione liber, & Hemicyclium Berosi renouatum. Hæc quidem præcipua officinæ uestræ opera memini: inter minora tamen, Vrbani & Theodori Grammaticæ Græcæ, Othonis Vuerdmylleri moralis philosophiæ libri duo, & Theodori Bibliandri de optimo genere grammaticorum Ebraicorum liber 1, silentio præteriri non debent. Reliqua nõ enumerata obliuioni meæ, uel ignorantiæ, uel breuitatis studio imputabis. Quod autem pulcherrimi illi libri, Græci præsertim, à uitrico tuo Ioan. Valdero castigatissime certe excusi, non parum rei familiari uestræ detrimenti attulerint, non admodum miror, *διὰ τὴν βροτοῦ ἀσθ.* Etenim tanta inter studiosos hodie ignauia & inertia inoleuit, ut studiorum ac disciplinarum rationem ex quibusuis recentiorum & imperitorum hominum compendijs, quàm à primo fonte petere malint. Quamuis enim docti aliquot uiri compendia nobis quædam in ueterum scripta elaborauerint, non eo tamen animo id fecerunt, ut alios ab illorum lectione arcerent: sed introductionis gratia potius & gustus alicuius exhibendi, cuius mox illecti suauitate fontes ipsos ubertim faucibus hausturi plenis accederemus. Verum auaritia & socordia seculi nostri ea est, ut iudicium prauis corruptum affectibus (non secus ac bile & malis humoribus ægrorum stomachi) nullam ferè ex synceris & contemplationi aut demonstrationibus deditis studijs uoluptatem percipiat. Quod si rectè auari essemus, neq; diuitias præ ueritate amplecteremur, neq; inanem magis quàm solidam gloriam, neq; fucatam potius q̃ ueram eruditionẽ & uirtutem sectaremur: non in tanto neglectu optimi quiq; authores iacerent. Quis quæso in humana philosophia Platone diuinius? quis Ptolemæo in astronomia solidius? quis Athenæo in philologia, & uariarum planè rerum uerborumq; cognitione doctius, copiosius & iucundius scripsit? At quotus quisq; hæc opera sibi comparare & legere dignatur? cum sine Platonis lectione nullus philosophus, sine Ptolemæo nullus astronomus, sine Athenæo nullus philologus aut grammaticus iure existimari possit, aut existimatus sit unquam tot iam seculis, apud doctos quidem homines, postquam illi semel sua exarauerunt. Obijciat aliquis, hæc & alia Latine reddita extare, & in ea lingua facilius legi. Atqui infinita Græcorum scripta, nondum transfusa sunt ad Latinos, ut neq; Athenæus uester quod sciam: Et si quis utcunq; eruditus Athenæum Latinum facere laboret, magnam interim uocabulorum & testimoniorum partem in sua lingua relinquere cogetur. Sic & commentarij Græci in Græcos authores cõpositi, & alia multa commode in linguam Latinam uerti non possunt. Eorum uero quæ bene & apte Latina fieri poterant, paucissima ita translata sunt, ut nullã in eis boni interpretis uirtutem desideres. Mira diuersorum interpretũ uarietas est, ut si uiginti etiam aut plures eundem librum transferant, nulla alterius translationi similis fit futura: ut licet boni interpretes sint, ad certitudinem tamen & authoritatem eorum quæ scribuntur firmandam, archetypum exemplar Græcum necessariũ uideatur. Sed hæc extra propositum, cui satis fortè factum fuisset allata inscriptionis huius in nomen tuũ causa, propter Almagestum uidelicet Ptolemæi, & alios astronomicos libros, quos iam recitaui, à prælis uestris in publicum emissos. Quanquã autem & hi & alij præstantissimi libri non sine rei familiaris dispendio ex officina uestra prodierint, non ideo tamẽ relictis optimis ad uulgares excudendos transeundum tibi consulo: sed potius bona spe fretus (spero enim etiam propediem aliã & meliorem studiorum faciem futuram) & soceri tui consilia secutus, alacriter ut pergas adhortor, Hippocratici huius aphorismi memor: Si quid bona ratione inceptum expectationi non statim respondeat, non continuo relinquendum est. Vale, Tiguri Calendis Februarijs, anno Domini 1548.

TITVLVS I. De astronomia in genere, & astronomiis.
II. Solida doctrina de motibus syderum.
Pars 2. De Tabulis subtensarũ in circulo rectarum linearum: & Tabulis triangulorum sphæricorum, ex quibus deinde compositæ sunt astronomicæ de doctrina primi motus.
Pars 3. Qui in astronomiam isagogas scripsere in doctrina primi mobilis, ut de sphæra, &c.
III. De stellis, primũ in genere: deinde singillatim.
IIII. De cosmographiæ rudimentis.
V. De Globis, Astrolabijs, Quadrantibus, Meteroscopicis ac Gnomonicis instrumentis.
VI. De motu primi mobilis, & secundorum mobilium siue planetarum. De eclipsibus. Tabulæ motuum ex Ptolemæi doctrina promanantes.
De hypothesibus motuum seu theoricis, deq; instrumentis hypotheseon.
VII. Temporum & annorum ratio. De mensib. De fastis. De calendis, nonis, idibus (quod ad mensis diuisionem) & nominibus dierum septimanæ. De diebus & horis.
VIII. Calendarij, siue Computus ecclesiasticus, & Ephemerides.

TITVLVS I. DE ASTRONOMIA IN GENERE, ET ASTRONOMIS.

ASTRONOMIAE & astrologiæ uocabulũ ueteres ferè sine discrimine habuerunt, recentiores plæriq; astrologiam uocant eam solũ quæ iudicia & prognostica profitetur, cui nos librum ab hoc proximum destinauimus: alij cõfundunt cum aliâs tum in titulis librorum, ut difficile sit non uisos quosdam recte collocare.

De astronomia, Iacobus Magnus in Sophilogio 1. 2. 9.

Ad astronomiam pertinentia quædam reperies in Aristotelis libro de cœlo, siue mundo, & aliorum eiusdem argumenti physicis libris. Vide libro 1. Titulo 1. qui scripserint in omnes artes: & Titulo 1. libri quinti, qui de Mathematicis omnibus.

Defensio astronomiæ per Gabrielem Pirouanum.

De ueritate & utilitate astronomiæ Io. Danck de Saxonia.

Laudes astronomiæ, Hierony. Gemusæus, in præfatione in Epitomen Almagesti per Io. Regiomontanum.

De excellentia astrologiæ, Plinius 7. 37.

De astronomiæ usu ad rem militarem, Valturius 3. 1.

Quantum astronomi metiuntur, tantum astrologi mentiuntur, Marsilius 4. 36.

De Endymione, Cælius 20. 7.

Astronomiæ inuentio, Cælius 18. 34.

Quæ quis inuenerit in obseruatione cœlesti, Plinius 2. 12.

Qui primitus astrologiam inuenerint, aut quorundam syderum cursus, & sphæram, & obseruationes syderum in nauigando, Polydorus 1. 17.

In astronomos, Anthologium libro 2. sectione 6.

De antiquis authoribus astronomiæ Albertus Magnus, Tabula Iaco. Rueff.

De uulgatis astronomię authoribus sententiam Iacobi Ziegleri uide Tomo primo.

De astronomiæ authorib. epistola Aug. Ritij: & Ge, Ioachimi de ijsdem oratio.

Indices monumentorum, quæ clarissimi uiri studij Viennensis alumni in astronomia & alijs Mathematicis disciplinis scripta reliquerunt, impressi cum tabula primi mobilis Ioannis de Monteregio.

De disciplina Arabum in Astronomicis, Crinitus 23. 12.

Astrologia theologizata Ioan. Gerson.

De astronomia siue astronomica quædã Isaaci & Theodori Sophiani Græce extant in Italiæ Bibliothecis.

Speculum

Speculum astronomiæ Alberti Magni, & Friderici Chrysogoni.
Epistola astronomica Adalbaldi.

TITVLVS II. SOLIDA
doctrina de motibus syderum.

ARsatilis astronomus citatur à Ioan. Stœffler. Sic Arabes uocant Hipparchum.
Cl. Ptolemæi Almagestū, id est Magnæ constructionis aut cōpositionis libri 13. Græce æditi. In eiusdē libros undecim Theonis Alexandrini cōmentarij, item Theodori Magni Logothetæ. Georgius Trapezuntius sAlmagestum Latine reddidit. Alteram translationem quæ ex Arabico facta est, numeros emendatiores habere audio.
In Almagestum præfati sunt Phil. Melanchthon, & Simon Grynæus.
Gebri Arabis emendatoris Ptolemæi de astronomia libri 6. Petreius excudit Noribergæ in fol. Hunc authorem Copernicus Ptolemæi calumniatorem uocare solebat.
Ge. Trapezuntij in Almagestum commentarij, item Georgij Vallæ.
Aduersus commentarios & uersionem G. Trapezuntij in Almagestum, Io. de Regiomonte.
In Ptolemæi Almagestū Lucæ Gauricі annotata.
Albumasar Almagestum commodissime ampliauit.
Magnæ Ptolemaicæ cōstructionis compendium, cum demonstrationibus Tebitij circa ea, in quibus Ptolemæi demonstratio deficit, &c. promissum à Fr. Maurolyco.
Albeten author Arabs Almagestū Ptolemæi commodissime restringit.
In Magnam coordinationem Ptolemęi, G. Trapezuntij isagoge.
Epitome Ioannis de Regiomonte in Almagestum, cuius priores sex libri Georgij Purbachij sunt. In eandē Hieronymi Gemusæi præfatio, in qua laudat totam astronomiam, & huius compendij authores.
Procli hypotyposes, uide Tituli sexti parte ultima.
Fr. Maurolyci introductorius in Almagestum Ptolemæi.
Cl. Ptolemæi de imaginibus 7. & 8. Almagesti tabulas Fran. Sirigattus in duos libros explicauit, quos de ortu & occasu signorum inscripsit.
Astronomica ꝓblemata Fr. Maurolyci.
Azophi Arabs continet etiam obseruationes motuum. Extat in bibliotheca Georgij Collimitij Tanstetteri.
Aristarchi liber de Solis, Lunæ & terræ inter se ratione ac distantia, in Italia æditus.
Euclidis Phænomena. i. ascensionū Zodiaci demonstrationes: & quę ratiōe ascensionis eius apparent in cœlo.
In eadem commentarios nouos scribere cœpit G. Ioachimus Rheticus.
Mahumetis Aracensis, qui dicitur Albategnius, obseruationes motuū Solis, Lunæ & stellarum fixarum. Petreius excudit Norembergæ.
Nicolai Copernici Toronensis de Reuolutionibus sphærarum mundi lib. 6.
G. Ioachimi Rhetici commentariorum de Astronomia libri 9.
De symmetria motuum & motibus Fr. Maurolycus.
Pomponij Nonni de crepusculis liber impressus in Hispania.
Io. de Regiomonte de Cometis, demonstrationes mathematicæ.
¶Hactenus dictis Astronomicis libris, qui demonstratiōibus fulciunt: subiungemus aliqs simpliciter de astronomia inscriptos, &c.
De astronomia aliqd scripserūt Anatodius Alexandrinus, Isidorus libro tertio Etymologiarū opinor: Arnoldus de Villa Noua, Gemma Frisius.
Rerum naturalium & diuinarum lib. 3. Laurētij Boníncontri: primus est de Deo & rebus diuinis, reliqui duo de planetis, eorūq; motibus & effectib.
Astronomicorum libri 3. Ioachimi Rinagelbergij.
Astronomicarū & philosophicarū institutionum lib. 3. Guilhel. Hirsaugiēn.
In astronomiam sensibilem introductio Andreæ Stiborij.
De mathematicis & cœlestibus problemata Aristotelis sectione 12.

¶ Pars 2. *Tabulæ ſubtenſarum in circulo rectarum linearum: item tabulæ triangulorum Sphæricorum, ex quibus deinde compoſitæ ſunt aſtronomicæ de doctrina primi motus.*

Sphæra mobilis in 8. capita & multas cõcluſiones diſtincta, Fr. Maurolyci.
Tabulæ ſinuum Io. de Monteregio.
Tabella ſinus recti, Fr. Maurolyci.
Tabella ſinus recti, per gradus & ſingula minuta diuiſa, ad tabulas directionum Ioannis de Regiomonte neceſſarias, cum quibus exemplis partes eiuſdem tabellæ multũ concordant. Chartæ ſunt 4. impreſſæ in 4.
Tabulæ angulorum & laterum triangulorum in planicie, Georgij Ioachimi Rhetici.
Sinuum ſeu rectarũ in circuli quadrante ſubtenſarum demonſtratio, cum tabella per Orontium Finæum.
Organum uniuerſale ex ſupradicta ſinuum ratione, quo Geometrici & aſtronomici canones practicantur, per eundem.
De maxima Solis declinatione, Ioan. Maria.
Tabula primi mobilis Io. Regiomontani. Vide Tituli 6. parte 1. de motu primi mobilis.
Io. Blanchini tabulæ primi mobilis cum canonibus: extant apud Hieronymũ Cardanum.
Canones primi mobilis, Io. de Ligneriis.
Primi mobilis quadripartitus libellus And. Stiborij.
Eiuſdem liber inſtrumẽtorum primi & ſecundi mobilis.
Primum mobile Petri Apiani.
Io. de Regiomonte demonſtrationes in Canones ſuarum tabularũ primi mobilis. Item tres libros problematum in Almageſtum. Extant apud Ioan. Schonerum.
Obſeruationes motuum Regiomontani, liber impreſſus.
Canones in tabulã magnam Io. de Monteregio, promiſſi à Fr. Maurolyco.
Tabulæ directionũ, Io. de Regiomonte. In eaſdẽ problemata Fr. Maurolyci.
Aſtronomicus de aſcenſioníb. Eſculei.
Tabula declinationum ſtellarum fixarum Stephani Roſini.

¶ Pars 3. *Qui in Aſtronomiam iſagogas ſcripſere in doctrina primi mobilis, ut de ſphæra, &c.*

De ſphæra Procli Diadochi liber Græcus, & Latinus Thomæ Linacro interprete: promittitur etiam à Fr. Maurolyco. In eandem commentarius Ioan. Stoffleri; et præfatio Philip. Melanchthonis.
Sphæræ cœleſtis ſyderũ fixorum fabricandæ rationem ſcripſit Iacobus Ziegler us in ultima parte cõmentarij ſui ſuper ſphæra Procli.
De ſphæra Autolycus.
Orontius Finæus de ſphæra mundi.
De ſphæra & aſtrorum ratione opuſcula Theonis Alexandrini.
De ſphæra R. Abraham Caí, Hebraice & Latine, interprete Oſualdo Schreckenfuchſio, cum ſcholijs Munſteri.
Aſtronomica introductio Alfragani.
De ſphæra mundi Alfraganus. Alfragani compendium & Rudimẽta Tebit Fr. Maurolycus promittit.
In ſphæram Ioannis de Sacroboſco commentarios ſcripſerunt Cichus Eſculanus, Ponticus Virmius, Io. Stoffler us, Petrus Cirnellus, & Hieronymus Cardanus. Eadem cum addítione quadam, & nouo Commentario Iaco. Fabri, ædita eſt Pariſijs 1507. in folio.
Quæſtiones in Sphæram mundi Io. de Sacroboſco, Petri de Aliaco.
De ſphæra, Alexander de Villa Dei, & Ioan. de Ligneriis.
Sphæram Campani promittit Fr. Maurolycus.
De ſphæra cœleſti Rupertus Linconíenſis.
In geometriam & ſphæram iſagoge per Erotemata pro adoleſcentulis, excuſa in 8. anno 1542.
Sphæræ materialis uſus per Ioan. Dryandrum, Latine & Germanice.
In Sphæram Archimedis Cl. Claudianus.
Vbi longiſſimus dies, & ubi breuiſſimus, Plinius 2. 77.
Dierum inæqualitatis ratio, Plinius 2. 19.

Vbi

Vbi & quãdo nullæ umbræ, Plin. 2. 75.
Vbi bis anno umbræ, & ubi in contrarium, Plinius 2. 76.
De Lycei Iouis fano, in quod intrantes nullas iaciebant umbras, Leonic. 1. 44.
Vmbram suam metiri quid sit, ex historia nato adagio, Cælius 26. 26.
De diebus & noctibus libri 2. Theodosij philosophi.
Theodosij de habitationibus, de noctibus & diebus librum promisit Fran. Maurolycus.
Hemicyclium Borosi nouo inuento Iacobi Ziegleri.
Empyreale maius, de toto uniuerso, id est, de mundi principio, medio & fine. Compendium eiusdẽ siue Empyreale minus, Guilielmi de Velde.
De numero cœlestium orbium & motoribus eorum, Ioan. Ganiuetus prima parte amici medicorum.
Vide plura Titulo quarto de Cosmographiæ rudimentis. Qui in secundũ Plinij, uide in fine eiusdem Tituli.

TITVLVS III. DE STELLIS *in genere. Secunda pars erit de stellis particulatim.*

ARati Solensis phænomena & prognostica cum commentarijs Græcis, uide Tomo 1.
Sporus Arati Græcus interpres antiquus.
Arati poëma cum fragmentis interpretationum M. T. Ciceronis, Vergilij, Germanici Cæsaris.
In Arati phænomena commentarij Latini, authoris innominati: cum Arato Græco Latinoq; & Hygino, &c. excusi apud Aldum, & Heruagium puto 1535. in folio. Cõmentariorum quos dixi author Latinus est, & Latinos aliquot authores citat, unde apparet non esse translatũ ex Græcis.
Arati phænomena transtulit Rufus Auienus: et nostro tẽpore anonymus quidam ad uerbum. Io. Honterus tabulas cœlestium syderum in Aratum confecit.
Leontij Mechanici Sphæræ Arati confectio Græce.
Euclidis Phænomena.
Cæsar dictator, & L. Aruntius Græce de astris scripserunt, teste Plinio.
C. Iulij Higini Astronomicum poëticũ, siue syderum historia.
Syderum stellas cum fabulis & numero stellarum describunt Hyginius, et innominatus interpres Latinꝰ in Aratum.
Tabulæ cœlestium syderum à Stiborio & Durero simul cõpositæ, impressæ Norimbergæ.
An quæ uisuntur sint planè syderũ corpora. Item an stellæ suo luceant lumine, Cælius 1. 15.
Stellæ cur scintillent, planetæ minime, Pontanus de stellis lib. 1.
Ex cœlo, sole, luna, & reliquis stellis, prouidentiæ demonstratio: Theodoretus lib. 1. de prouidentia.
De astris Aristoteles in opere de cœlo.
De luminarib. mũdi, Vincentius li. 16.
Ioachimus Camerarius syderа & stellas carmine elegiaco descripsit.
Descriptio syderum, Plinius 18. 28.
Syderum digestio, Plinius 2. 18. Eorundem in dies & noctes digestio, 18. 25.
De stellis in quatuor mũdi cardinibus, Cælius 2. 21.
De astrorum nominibus carmen Decij Ausonij.
Vnde syderibus nomina, Macrob. in Somn. 1. 19.
De fixis stellis & earum potestate, nominibus & motu, Cælius 1. 18.
Quæ subsunt signis ac stellis fixis, earumq; imaginibus, Cornelius Agrippa 1. 32.
Stellarum fixarum uires maximas esse, Pontanus lib. 4. de stellis.
Quæ stellæ secundæ, Cælius 3. 25.
De obseruatione stellarum fixarum, earumq; naturis, Hen. Corn. Agrippa, 2. 31.
Stellæ & syderis differentia, Macrob. in Somn. 1. 14.
Stellæ errantes unde nominatæ, ibidẽ.
Aphanetæ stellæ, ac synodicæ, & acronyctæ, Cælius 21. 5.
De signorum ortu & occasu libri 2. Fr. Sirigatti.

De ſtellarũ ortu & occaſu, Plin. 18. 27.
De ſyderũ muſica, Plinius 2. 22. & Glareanus in Dodecachordo.
Cur temporum uarietas ex emerſu uel occaſu fixarum ſtellarum aſſignetur â rei ruſticæ uel nauticæ doctoribus, Cælius 14. 10.
Situm ſtellarũ mutari pro temporibus, Pontanus de ſtellis lib. 3.
Interualla ſyderum, Plinius 2. 21.
De ſyderum magnitudine, Plinius 2. 11.
De ſyderum motu & magnitudine, T. Lucretius lib. 5.
Vtrũ ſit ueriſimilius omnes ſtellas eſſe pares, an impares, Plutarch. Symp. 9. 12.
De repentinis ſyderibus & cometis, uide in Meteoris.

¶ Pars 2. De *ſtellis particulatim.*

Lactei circuli deſcriptio, Ouidius Metamorph. 1.
Limbum pro Zodiaco accipi, Cælius 24. 17.
Quomodo accipiendum ſit apud Varronem limbus 12. ſignorum: & unde cœlum & mundus dicantur, Crinitus 4. 11.
Zodiacus circulus quomodo in 12. partes diuiſus ſit, Macrobius in Somn. 1. 21.
Duodecim ſigna Zodiaci ad naturã ſolis referri, Macrob. Sat. 1. 21.
De 12. Zodiaci ſignis & cœli portis cancro & capricorno, uide Porphyrium in antro nympharum.
De Zodiaco, Macrob. in Somn. 2. 8.
De Zodiaco, Pontanus libro 3. de ſtellis: ubi et fabuloſas hiſtorias refert 12. ſignorum, & prædictiones ex ſingulis in horoſcopo conſtitutis.
De ſignis mobilibus fixis & communibus, Pontanus lib. 4. de ſtellis.
In quota ſignorum parte dierum cõtingant mutationes, Cælius 1. 21.
Quæ ſigna quos uentos excitent, Pontanus lib. 4. de ſtellis.
Signorum Zodiaci inæqualitas, Cælius 24. 12.
De ſignis tardis & uelocibus, Pontan. lib. 4. de ſtellis.
De 12. ſignorum qualitatibus, Pontanus ibidem.
De ſignis cœleſtib. P. Vergilius Maro.
De ſtellis claris ac limpidis, arietis, ſcorpij, ſagittarij, capricorni, piſciũ, Pontanus lib. 4. de ſtellis.
Antinoi ſtella, Cælius 11. 5.
Cur aries ſignorum primus, Cælius 1. 9.
Cur per cancrum anima deſcẽdere, per capricornum aſcendere dicatur, Cælius 15. 23.
Baſiliſcus in leone cœleſti quid, Cælius 13. 8.
De ſtellis regijs Leonis, aquarij, ſcorpij, tauri, Pontan. lib. 4. de ſtellis.
De crinibus Berenices, Politian. 1. 68.
Quod uirginis ſignum pro iuſtitia ſitâ Nigidio Figulo acceptum, Crinit. 14. 8. Vide Ouidium in Metam. & Heſiodum in Operib. de Aſtræa. Virgo cœleſte ſignum, Cælius 18. 34.
Boreæ ſcorpionis chelæ, Cælius 15. 7.
Piſcium cœleſtiũ hiſtoria, Cælius 23. 5.
Arcas cum Caliſto matre in ſydera, Ouidius Metamorph. 2.
Ariadnæ corona in ſydus, Ouidius Metamorph. 8.
Hyades, Cælius 16. 16.
Pleiades, ibidem: & Pontanus lib. 3. de ſtellis.
Quid Tullius Tiro in cõmentarijs ſcripſerit de Suculis, & hyadibus, quæ ſunt ſtellarũ uocabula, Gellius 13. 9.
De Nodo, Auriga, Orione, Hœdis, Hyadibus, Capra, Vngula tauri, Lepore, Iugulis, Procyone, Canicula, Cratere, Corona, Spica, Sagitta, Hœdo, Ara, Centauro, Arcturo, Cygno, Serpentario, Delphino, Lyra, Orpheo, Pontan. lib. 3. de ſtellis.
De Cepheo, Aquila, Caſſiope, Andromede, Perſeo, Pegaſo, Engonaſi, Priſti uel piſtrice, Cola piſce, Arcto, Angue, Pontanus de ſtellis lib. 4.
Qui uolet ſingula ſtellarum nomina ex Hygínio etiam & Arato, & alijs adſcribat, & inter ſe conferat.
Arctos unde & Cynoſura, & Helice, Cælius 26. 19.
Super eo ſydere, quod Græci Hamaxan, nos Septentriones uocamus, ac de utriuſq; uocabuli ratione & origine, Gellius 2. 21.

Alloquitur

Alloquitur utrãq; ursam, Ouidius Tristium 4.
De sacro quod Caniculæ fieret, Cælius 17. 27.
De Caniculæ exortu, Plinius 2. 40.
De stellis Dioscuris, Plutarch. de placitis 2. 18.

TITVLVS IIII. DE COSmographiæ rudimentis.

DE stellis præcedente Titulo dictum est.
Cosmographia ad Geographiam pertinet, mutuatur autem quædam ab astronomia & sphæricis. Ferè autem rudimenta & totum hoc quod ab astronomis mutuat Geographus, Cosmographiam recentiores uocant: ueteres simpliciter Geographiam dixerunt.
Cosmographia siue Geographia Cl. Ptolemæi.
De introductione Cosmographiæ, & sphæræ materialis rudimenta Alberici Vespucij. Aliâs hunc Titulum reperio: Vniuersalis Cosmographiæ descriptio tam in solido, quàm plano, Americi.
Cosmographicæ aliquot descriptiones Ioannis Stoffleri: & de sphæra Cosmographica conficienda, cum quibusdam alijs in Ptolemæi Cosmographiam: Ioan. Dryander ædidit Marpurgi.
De sphæra mundi, Orontius Finæus. Sed de sphæra uide supra Tituli 3. parte 3.
Cosmographia Ioan. Schoneri.
De Cosmotheoria, Fernellius.
Laurentij Coruini Cosmographia, dans manuductionem in tabulas Ptolemæi, &c.
Fontini liber in descriptionibus Vniuersi.
Aristoteles de mundo ad Alexandrum, Græce & Latine Guilielmo Budæo interprete, & L. Apuleio. In eundem scholia Simonis Grynæi. Plura uide in Physicis, ubi de mundo agit.
Cleomedis Cosmographia siue circularis inspectio, Græce & Latine Geor. Valla interprete. In eandem Ioan. Pediasimi enarrationes.
In cosmographię libros introductio Aelij Antonij Nebrissensis.
Cosmographica sphæra Gasparis Vopel Medelbach.
Rudimentorum cosmographicorum libri Ioan. Honteri prosa: & rursus carmine, adiectis geographicis tabulis.
De distinctione Zodiaci, cœli stellati, et partium eius, & correspondentia ad Zodiacum nonæ sphæræ seu primi mobilis, Io. Ganiuetus secunda parte Amici medicorum.
De zonis & climatibus mundi, Morientes quidam cõuersus è Græco ab authore Luminis animæ.
In secundum Plinij scripserunt Colinucius, Ioachimus Vadianus, Iacobus Milichius, & Iacobus Zieglerus, & Aquæus qui in totũ Plinij scripsit.

TITVLVS V. DE GLOBIS, *Astrolabijs, Meteoroscopicis, Quadrantibus ac Gnomonicis instrumentis.*

CAnones globi cosmographici Andreæ Stiborij.
Gemmæ Frisij globi astronomici.
De constructione solidæ sphæræ Iacobus Zieglerus.
Astronomicus globus Ioan. Schoneri.
Sphæræ materialis explicatio Io. Dryandri.
¶ Astrolabium nihil aliud est quàm globus in plano: unde & planisphæriũ uocant.
Astrolabium siue Planisphæriũ Cl. Ptolemæi, è Græco uertit Rodulphus Brugensis: impressum Basileæ cum Arato Græco commentarijs illustrato, &c. Idem Planisphærium Maselem quidam ex Græca in Arabicam linguam transtulit.
De astrolabio libellus Græcus Nicolai Sophiani, impressus Romæ in 4.
De astrolabij compositione & utilitate Messahalach, & Hermannus Contractus, Io. Stofflerus, et Iacobus Koebelius Germanice & Latine.
De cõpositione astrolabij Alpharabius, Io. de Regiomonte, & Io. Eligerus.
Astrolabij demonstratio Iordani Nemorarij. Eiusdem Planisphærium.

Astrolabij facies in clypeo Austriaco.
Compositio astrolabij & utilitas, & alio rum quorundam instrumentorum, Ioannis de Gmunden.
De astrolabij usu, Georg. Valla, Io. Po blatio, Io. Eligerus.
De astrolabio, Orontius Finæus, Anda lo, Hermannus Contractus, Aboa sari, Henricus Bate, Ioan. Eligerus, Ioan. Danck de Saxonia, Albertus Magnus.
Astrolabij tabulæ & explicatio, Caspari Kolb.
Astrolabium planum Petri de Apono: idem denuo recusum opera Ioã. An geli.
Astrolabij inuentio, & partes, Cælius 12. 9.
Astrolabium Siculi cuiusdã uiri docti, Venetijs apud Iuntam, anno 1543.
Canon super Albione, Astrolabio, Tor queto, & Quadrato Geometrico, Io. de Monteregio.
Astrolabij canones, Ge. Purbachij. Ca nones breuissimi, per Io. Dryandrũ.
Cum Ioã. de Monte regio Tabula primi mobilis, impressa, inuenies mirum & fœcundissimum usum, ac expeditam praxin plurium tabularum, & penè omnium instrumentorũ, puta Astro labij, Sphæræ, Organi Ptolemæi, Me teoroscopij, Armillarum, Torqueti, Rectanguli, Quadrantum, &c.
Monalosphærium Io. Fernelij, uide To mo primo argumenta 4. partium hu ius operis.
De Astrogemetro, Io. Eligerus.
De astrolabio uel astronomia abbreuia tio ex Arabico translata, authoris in nominati, Christiani tamen, liber an tiquus, non indoctus in membrana manuscriptus in 8. in libraria Tigu rina: incipit, Ad intimas summæ phi losophiæ disciplinas. Ex præfatio ne authoris: Est autem Vuahtalero ra Latinis planasphæra, uel astrola bium Ptolemæi, &c. Placuit autem mihi in primis pauca de eius utilita tis effectib. perstringere, ut prudens animus quid ex hac petat, sciat, & Arabici fontis unde Dei amminicu latione deriuata est, stabilẽ obserua re seriem, non quasi nouum aliquid dicendo, sed quasi neglectũ aut obli tum commonendo, &c. In calce autẽ completi opusculi de eius constru ctione dicam, eò quod & maioris sit studij, & quod apertior sit constru ctionis ratio post cœptam sententiã, quod opusculum cuilibet uelit com plicare libro, siue canonibus Ptole mæi, siue Vitruuio, qui & ipse aftlu enter constructiones horologiorum assequitur, sapientum cõmendo cen suræ, dum illud sanctæ ecclesię repræ sentasse sufficiat. Sunt autẽ duo libri, & singulis præfigitur capitum suorũ series. Chartæ sunt 5. in perga meno. Deinde sequitur Titulus. In cipit de Horologio secundum Alcho ran, id est Sphæram rotundã, In pri mis de horis Dici. per 5. folia. De inde sequuntur duæ epistolæ astro nomicæ, una Adalbaldi, & altera in nominati authoris ad Adalbaldum. Et postea, Liber de figuris & men suris geometricis. Deinde, Liber geo metricus, altitudinẽ & planitiem me tiri docens, paulò maior charta 1. De inde, Mensurarum nomina, theore mata quædam Geometrica, & me tiendi exempla.

¶ *De Meteoroscopijs & Quadrantibus.*

Albionis demonstrationes instrumenti Astronomici, sic ab authore uocati, nati ex Albione insula: cuius etiã li ber extat non impressus. Super eo dem instrumento Canones Io. de Re giomonte.
Saphea recentioris doctrinæ patris Ab rusahk Azarchelis sumi astronomi.
Iacobus Zieglerus Hemicyclium scri psit, quale Berosus inuenisse fertur, excauatum ex quadrato.
Meteoroscopium Io. de Monteregio.
Meteoroscopij compositio, Io. Stabij.
Meteoroscopion Iacobi Zieglerì non dum impressum.
De Meteoroscopijs Ioã. Vuerneri libri 6. non impressi, è Georgio Hartman no Norimbergensi ab interitu uin dicati.
Quadratum Geometricum Ge. Purba chij,

chij, quo facile cœli & terræ superficiem metiri licebit.
Compositio noui Quadrantis Prouatij Iudæi.
De cõpositione Quadrantis Cãpanus.
De radijs uisorijs, astronomicis instrumentis (Ptolemæus Regulas Hipparchi uocat) Io. de Monteregio, & Gemma Frisius.
Gnomonis canones Ge. Purbachij.
Astronomicum inuentũ Demetrij Triclinij.
De umbris ad horologiorum confectionẽ, liber Apiani, nescio an excusus.
Horologiographa Seb. Munsteri.
De generalis horarij structura & usu, Ioan. Fernelius parte prima Monalosphærij.
Quadrans uniuersalis Petri Apiani.
Quadrans Cl. Ptolemæi.
De uarijs Quadrantibus Andreas Stiborius.
Quadrans astrolabicus uniuersalis Orontij.
De utilitate Quadrantis Io. Eligerus.
Cõpositio Compasti cum regula ad omnia climata, Ge. Purbachij.
De Solis altitudine tabula Georg. Purbachij.
De uarijs horologijs libellus Andreæ Stiborij.
Horometrum ad omnia climata, Ioan. Stabij.
Horoscopion uniuersale in lineis helicis, & aliud in lineis columnaribus, Ioan. Stabij: qui & alia multa instrumenta composuit, ut Tomo 1. indicauimus.
Horologij Lunaris compositio eiusdẽ.
Quis horologia diuersi generis primũ inuenerit, Polydorus Vergilius 2. 5.
Achillis P. Gassari Sciatherion Pedarium, astronomicum & Geometricum inuentum.
Solariorum fabrica ad omnem horizontem Fr. Maurolyci.
De horologijs solaribus & quadrantibus libri 4. Orontij Finæi.
Quadrans astrolabicus pro tota Europa Orontij Finæi.
De Rotarijs & alijs horarijs, uide inter Mechanica.
De horologio, Guilh. Hirsaugiẽn. & Plinius 2. 78.
Clepsydræ notiones plures: hydrologiũ quid, itẽ de clepsydrio, Cælius 18. 39.
De solaribus horologijs inscribẽdis Germanicus liber Io. Dryandri.
De horarij Solaris, quod Compassum uocant, structura: & de Magnete, Io. Dryandri libellus nondum æditus.
De horarij structura & usu, Ioan. Fernelius.
Compositio horologij in muro plano, liber impressus nescio cuius authoris.
Ioan. Stofflerus in Calendario suo docet horologij compositionem in muro et in plano.
Annulus uulgaris horarius, cuius usus ad certam regionẽ instituitur, Ioan. Dryandri liber excusus Marpurgi apud Ceruicornum 1537. in 4.
Annuli liber duplo auctior in secunda æditione per Io. Dryandrum.
De usu annuli astronomici Gemma Frisius.
Annulus sphæricus Ge. Pylandri.
Astronomicus annulus Boneti Iudæi, uel Boni, item Prouatij Iudæi. De eodẽ Orontius in Protomathesi sua.
Annuli structura Burchardi Mittobij.
Cylindri astronomici explicatio Ioan. Dryandri.
De umbrarum dimensione Achillis P. Gassari tabula.
Iacobi Kœbelij libellus Germanicus, de hora diei cognoscenda ex longitudine umbræ humanæ: & aliter, cũ gnomone in sua cuiq; manu.
Folium populi, & diuersa genera Quadrantum ac Nocturnalium Petri Apiani.
Disciplina rationabiliũ Solarium, Isaac Argentarij.
De nautica buxula Io. Quintinus.
Petrus Peregrinus de Maracurt scripsit de Magnetis usu: item Nicolaus Tartalea de eodẽ Italice, in libro quem Quæsita inscripsit.
Vsus instrumenti Nocturnalis pro captandis horis ex stellarum aspectu, per Io. Dryandrum.
Lunare, liber impressus nescio cuius authoris.

Epigones Gnomonicus citat̃ à Plinio.
Horoscopia, Heliotropia: Gnomon, uel umbilicus: diopi, diopteres: Gnomonice apud Gellĩ quid: dioptrę quid, Cælius 12. 9.
Horologium Hierosolymiticum, Græce extat Venetijs ad S. Antonium.
Georgius Hartmannus Mathematicus Norimbergeñ. ædidit multos typos horologiorum omnis generis.

TITVLVS VI. DE MOTV primi Mobilis & secundorum mobilium siue planetarum.

DE motu cœli & planetarũ, Pontan. de stellis lib. 1.
Stellas errantes contrario quàm cœlum motu uersari, Macrob. in Somn. 1. 18.
Qua ratione inferiorum sphærarũ stellæ in Zodiaci signis meare dicantur, cum in eis non sint: curq; ex his aliæ breuiori, aliæ longiori tempore Zodiaci signa percurrant, Macrob. in Somn. 1. 21.
Quos terminos habeat motus planetarum, Marsilius 2. 4.
De natura syderum errantium, Plinius 2. 8.
Errantium motus & luminum canonica, Plinius 2. 15.
De cœlestibus motib. siue calculo, Guilhelm. Aegidius.
L. Gaurícus annuas, menstruas ac diurnas ꝓgressiones Apheticorũ quinq; locorum examinauit.
De septem planetis, Plinius 2. 6.
Catholica syderum errantium, Plinius 2. 17.
Planetæ reuerentur Solis aspectũ, Marsilius 8. 60.
Quæ sydera eadem aliàs altiora, aliàs inferiora uideantur, Plinius 2. 16.
An planetæ colores habeant: unde colligi eorum possit natura, Cælius 1. 17.
Cur in planetis uarij cernantur colores, Cælius 1. 15.
Quæ ratio colores eorũ mutet, Plinius 2. 18.
Cur planetarum uocabula diebus tributa, &c. Politian. 1. 18.

¶ *De Sole.*

De singulis planetis quædam, præsertim ad philologiam pertinentia, uide in Theologia ethnicorum.
De sole inuisibili ex Platone, Cæl. 16. 17.
Planetæ reuerentur Solis aspectũ, Marsil. 8. 60.
Quem Cicero & quem Plato Soli inter errãtes stellas assignauerit ordinem, Macrob. in Somnium 1. 19.
Cur Sol non absolute, sed ferè medius inter planetas esse dicatur, ibidem.
Solis inter planetas locus, Cæl. 24. 17.
Solis per Zodiacum cursus, Cælius 24. 12.
Solis motus, & dierum inæqualitatis ratio, Plinius 2. 19.
Figuræ de sole & luna, Max. Planudes.
Canones de motu Solis & Lunæ Seb. Munsteri.
Iuliani oratio de sole ad solstitium, Græce extat.
De transmigratione Solis circa austrinum uerticem & capricornum, Tzetzes 8. 188.
Qua ratione Sol nunc ad nos accedere, nunc à nobis recedere possit, Lucretius 5.
De Sole & Luna Marsilius Ficinus.
In eundem librum apologiã scripsit Epistolarum suarum lib. 12. epistola 6. In eundem ibidem epistola 8. & 10. & 11. & 14. & 18. & 25. 27. & 30.
Regiæ Solis descriptio, Ouidius Metamorph. 2.
De sole & lumine Marsilij Ficini lib. 2.
Solis præcipue laudes, Cælius 24. 14.
De diuersis nominibus Solis, deq; eiusdem magnitudine, Macrob. in Somn. 1. 20.
De hoc, Despicio orbem Solarẽ, ascendo illum Martis, & illum Iouis pertranseo, Tzetzes 12. 410.

¶ *De Luna.*

Lepidum Seueriani cõmentum de Lunæ factura & Solis: deq; menstruis diebus & annuis, Politianus 1. 94.
Cur Lunæ appellatione mundus significetur, item mens nostra, Cæl. 20. 7.
De Lunæ motu, Plinius 2. 14.
De facie apparẽte in circulo Lunæ, Plutarchus.
De lunæ maculis, Põtanus de stellis li. 1.

Lunam

Lunam ex ſe non lucere: Cur ei proprium lumen non ſit tributum, Pontan. de ſtellis lib. 1.

Cur Luna lumen ſuum mutuetur à Sole, ſicq; luceat, ut tamen non calefaciat, Macrob. in Somn. 1. 19.

De Sole & Luna, &c. Marſil. Ficinus, uide paulò ſuperius in Sole.

Lunam ſemper mediã lucere, Pontan. de ſtellis lib. 1.

Cur uaria ſpecie augeſcat Lunę lumen, & decreſcat, Lucretius 5.

Silentia Lunæ quæ, Politian. 1. 100.

Septem ab alijs dici Lunæ permutationes: Quid phaſis, Cælius 20. 7.

Lunæ motus, qui cenodromus dicitur: Lunus deus, Cælius 20. 7.

Cur Luna annuos Solis curſus menſtruis peragat ſpacijs, Lucretius 5.

Horologij Lunaris compoſitio, uide Titulo quinto de inſtrumentis.

¶ De Eclipſibus.

De Solis magnitudine & Lunæ, Cleomedes lib. 2.

De oppoſitione & coniunctione Lunæ, & circulis Solaribus & Lunaribus, Iſaac monachus.

De eclipſibus, Hermãnus Contractus.

Eclipſium aliquot Solis & Lunæ deſcriptiones, Phil. Melanchthonis, &c. Vide Tomo 1. in Laur. Bouincontro.

Defectus Solis & Lunæ, & de nocte, Plinius 2. 10.

De defectibus, Plinius 2. 13.

De defectu Lunæ lib. 1. Maximi Taurineñ.

De ſyderum inæqualitate, & de eclipſi, & ubi, & quare, Plinius 2. 72.

De Solis & Lunæ defectu, Lucretius 5.

De affectionibus Solis, Honorius.

Cur cum ambitus ecliptici Solis ac Lunæ parí conſtent numero, Luna apparet ſæpius defectũ pati quàm Sol, Plutarch. Sympoſ. 9. 10.

¶ *Tabulæ motuum ex Ptolemæi doctrina promanantes.*

Theonis & Procli tabulæ aſtronomicæ Græcæ.

Tabulæ Ptolemæi abbreuiatæ, non per Theonem, ſed alium recentiorem, Græcæ, bene compoſitæ, &c. In Italia extant.

Liber quidam aut tabula de interuallis temporum à momento uſq; ad centum annos, Romę in Vaticana extat Græce.

Noui canones in tabulas eclipſium Copernici, per G. Ioachimum Rheticũ.

Tabulæ motuum Nicolai Copernici.

Tabulæ aſtronomicæ Abenuergam Hebræi: & aliæ Prophatij Iudæi.

Arzachelis & Albategnij tabulæ, ex quibus poſtea deſumptæ ſunt Tabulæ Toletanæ, non impreſſæ.

Stellarum fixarum tabulæ nouæ, G. Purbachij.

¶ *Tabulæ Alfonſinæ & earum propagines.*

Tabulæ aſtronomicæ Alfonſi regis.

Tabula proportionalis, omnibus aſtronomicis ſupputationibus indifferenter accommoda, per Orontium Finæum.

Canones in tabulas tabularum Ioan. Gmünden.

Canones tabularum Ioan. Danck de Saxonia.

Canones primi mobilis, Ioannis Danck de Saxonia.

In Tabulas Alphonſi Canones, Io. Lucilius Santritter.

In Alfonſi tabellas problemata Fr. Maurolyci.

Tabulæ aſtron. & canones, Ioãnis Blanchini Bononienſis.

Canones eclipſales Ioan. Danck de Saxonia.

Ioannes de Lineriis de cõiunctionibus & oppoſitionibus Luminarium.

Canones in tabulas eclipſium Alfonſi Ioannis de Blanchinis, Hier. Cardanus habet.

Tabulæ Eclipſium Georgij Purbachij.

In Tabulas eclipſium Purbachij Franc. Maurolycus.

De ſynodis & Plenilunijs ſupputandis, L. Gauricus.

Abrahæ Zacuti Almanach perpetuũ, Ioſepho Vicino interprete.

Aſtronomicæ tabulæ Elizabet reginæ per L. Guaricum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [200] - 92r
PUBLIC DOMAIN

Alfonſus Hiſpalenſis Eliſabethæ reginæ dicauit tabulas aſtronomicas, ac in eaſdem demonſtrationum theoremata.

Tabulæ quindecim domorum Ellucha-ſem.

Tabulæ Chryſocochies aſtronomicæ.

Tabulæ aſtronomicæ Græcæ literis aureis ſcriptæ, in bibliotheca quadam Italiæ extant.

Præfatio Philip. Melanchthonis in tabulas reſolutas (quas primus Ioan. de Gmünden compoſuit, poſtea Io. Locher Francfordiæ ad Viadrũ & alij quidam ædiderunt.)

Tabulæ aſtronomicæ locupletatæ, Io. Schoneri.

Tabulæ reſolutæ de ſupputandis ſyderum motibus, Io. Verdunni.

Tabulæ motuum planetarum Io. Haſfurti, impreſſæ Norimbergæ à Petreio.

Ioã. Stœfflerí tabulæ aſtronomicæ, quibus continentur, Solis & Lunę aſpectuum exactiſſima ſupputatio, redargutio cyclorum ueterum de aſpectuum reditu, Eclipſium Luminarium prædictio, inſtrumẽti aſtrologici additio.

De motibus planetarum Io. Gmünden.

¶ *De hypotheſibus motuum ſeu theoricis, deq; inſtrumentis hypotheſeon.*

Hypotypoſis aſtronomicarum poſitionum Procli: quæ iſagoge quædã eſt in Almageſtum Ptolemæi. Latinam fecit Georg. Valla, & nuper Eſdramus Rœdinger magiſter artium Lipſiæ.

Ariſtarchi liber de Solis, Lunæ, & terræ inter ſe ratione, magnitudine & diſtantia, in Italia ædítus.

Præfatio in Alfraganum Phil. Melanchthonis.

Alphragani compendium promiſſum à Fr. Maurolyco.

Theoricæ Iacobi Cremonenſis.

De ſphæris earumq; circulis & motibus, Leupoldus de Auſtria libro 1. Nugæ, ut audio.

Ioan. de Regiomonte contra Theoricas Cremonenſis.

Theoricæ planetarũ Georg. Purbachij, Philippi Melanchthonis in eaſdem præfatio.

In G. Purbachij planetarum theoricas commentarius Fr. Capuani: & Alberti Pruſa: Iacobi Fabri, & Fran. Maurolyci.

Petrus Aponus & Georg. Purbachius theoricas planetarum illuſtrarunt.

Theorica planetarũ Iacobus Faber cõpoſuit, quæ Iodocus Clichthoueus elucidauit cõmentarijs, argumentũ & fundamentũ totius operis ex Ge. Purbachio eſt ſumptum, Viues.

Eraſmus Ranoldus mathematũ profeſſor Vitembergæ ædidit locupletiſſima commentaria in Theoricas planetarũ Purbachij, impreſſa Vitẽbergæ.

De motu octauæ ſphæræ Tebetius, Io. de Regiomonte, Io. Vuernerus, Frã. Maurolycus, Auguſtinus Ritius.

Theorica aſtronomiæ, Campani.

De æquinoctio, Beda.

De æquinoctijs, Albertus Pighius.

De motu octauæ ſphæræ, & de æquinoctijs contra Pighium, Marcus Beneuentanus.

Alberti Pighij apologia aduerſus nouã M. Beneuentani aſtrologiã, quæ poſitionem Alphonſinam ac recentiorum omnium de motu octaui orbis multis modis deprauauit, & ſecum pugnantem fecit. Breuis enarratio Alphonſinæ poſitionis per eundem.

Theoricæ corporum cœleſtium Iac. Fabri Stapuleñ.

Aequatorium Campani, Norimbergæ excuſum.

Aequator planetarum, Fran. Sarzoſi.

Petri Apiani aſtronomicum Cęſareum, ab ipſo excuſum.

Organũ Vranicum pro Theoricis planetarum, Sebaſtiani Munſteri.

Georgij Ioachimi Rhetici de aſtronomiæ principijs libri 2.

Eiuſdem de reuolutionibus Sphærarũ mundi Narratio prima.

Fabrica aſtrarij ſiue Opus planetarum Ioannis de Dondis: prima pars operis compoſitionẽ inſtrumenti, ſecunda uſum docet.

Liber inſtrumentorum pro motibus cœleſtibus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [201] - 92v
PUBLIC DOMAIN

lestibus facillime indagandis Guillermi Aegidij.

Canones Aequatorij Astronomici, omnium fermè Vranicorum Theorematum explanatorij, per Io. Schonerũ.

Tabulæ radicum extractarum ad fines annorum conscriptorũ cum demonstrationibus exemplaribus pro motibus planetarum ex Aequatorio aucupandis, per eundem Schonerum super meridiano Norimbergensi.

TITVLVS VII. TEMPORUM & annorum ratio.

DE temporum ratione, Beda.

Temporum distinctio ex astronomis & medicis, Cælius 30. 3.

De annis, diebus, & tempore, Textor in officina 294.

Ioachimus Fortius Ringelbergius de temporibus.

Mensium annorũ, & dierum ordo Georgij Gemisti.

Annus magnus, Aelian. fol. 45. uariæ hist. Græcæ.

Censorini liber de die natali ad rationẽ anni & temporum pertinet.

De anno uertente, & quantus uniuscuiusq; errantium magnus sit annus, Plutarch. de placitis 2. 32.

Quàm multiplex annus apud diuersas gẽtes fuerit, & qui annus Romanis, quodue principiũ anni sit, Alexand. 3. 24.

De annorum diuersitate, quodq; is qui uerè annus uertens est ac mũdanus, quindecim nostrorum annorum ambiat milia, Macrob. in Somn. 2. 11.

Quis primus inuenerit numeros, & de uario apud gentes numerandorum annorum modo, Polydorus 1. 19.

Qui primi constituerint annum, & q; uarium, & inuenerint hunc annum quo utimur, Polydorus 2. 4.

De annis Arabum & Latinorum, Alfraganus.

De annorũ uarietate, Pontanus de stellis lib. 1.

Quomodo annũ ordinauerit populus, Macrob. Saturn. 1. 12.

De ordinatione anni per Numam, & quæ causa fuerit intercalandi, quoq; tempore primum intercalatũ sit, Macrob. Sat. 1. 13.

Quem in modum primum Iulius, deinde Augustus Cæsares annum correxerint, 1. 14.

De ratione bisextili liber 1. Bedæ.

Palmam Aegyptijs annũ indicare, Cælius 5. 6.

Anni ratio & bisexti, Cælius 24. 12.

De hoc, Multis in decadibus reuolutis annis, Tzetzes 10. 334.

Quid esset lustrum conditum, Polydorus 2. 3.

Annum millesimum expectare quid sit, Cælius 2. 12.

Bidentes hostiæ quæ, & cur ita dictæ, Gellius 16. 6. Sed hæc & similia ad Grammaticã potius & Philologiam referenda erant.

Quatuor anni partes, Ouidius Metam. 2. Annus in 4. partes, idẽ Metam. 15. De ijsdem Ausonij carmen.

Quid Mutius scripserit super ea mulierem, quam maritus non iure usurpauisset, quod rationem ciuilis anni non habuerit, Gellius 3. 2.

¶ De mensibus.

De mensibus & 4. anni partibus carmen Decij Ausonij.

Theodori Gazæ liber de mensibus Atticis Græcus, & Latinus Ioanne Perrello interprete. Eiusdem Perrelli de ratione Lunæ & Epactarũ secundum Gazam libellus, cũ tabula perfecti ambitus annorum intercalarium. Simul excusa sunt Basileæ 1536. in 8.

De mensibus dialogus C. Calcagnini. Io. Philadelphiensis.

Ianuarius unde, Cælius 15. 23. & 23. 10.

Cur Romani Ianuarium principiũ anni faciunt? Olim enim Martius primus numerabatur, Plutarch. probl. Rom. 18.

Qui mensis apud Delphos Bysius uocatur, & quare? Plutarchus problem. Græc. 9. Est autem is mensis qui uer incipit.

Thargelion mensis qui sit. Thargelia festa. Thargelionis diem fuisse Græcis auspicatissimum, Cælius 17. 29.

Delphinius mensis, Cælius 8. 6.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [202] - 93r
PUBLIC DOMAIN

Tabula de menſibus Græcorum Philp. Melanchthonis.
Menſium ſingulos ſuum habuiſſe numen, Cælius 25. 30.
Qui diſ ſingulis menſibus apud ueteres præponerentur, Crinitus 8. 8.
Quid quoq; menſe in agro fieri oporteat, Plinius 18. 26.
De annis & menſibus, cæteriſq; temporum partibus, Lilius Greg. Gyraldus.
Cur menſis dicatur bos aut uitulus, Cælius 14. 9.
Menſium prima conſtitutio & diuiſio, Polydors 2. 4.

¶ De Faſtis.

De primo feſtorum dierum inſtituto, ac unde mos ſit adſcribendi bene meritos de Chriſtiana religione diuorum catalogo, Polydorus 6. 8.
Quæ diſcrimina diuerſitatesq; fuerint dierum apud Romanos, ut feſti, feriæ diuerſæ, nundinæ, &c. Macrob. Sat. 1. 16.
Idus cuiuſq; menſis apud ueteres Romanorum maxime feſtas & feriatas fuiſſe, & quid apud exteros, Alexander ab Alex. 3. 8.
¶ De ſuperſtitione dierum plura dicentur in Aſtrologicis.
Qui dies atri, quiue fauſti ſint, Alexander ab Alex. 4. 20.
De atro, id eſt, pſeudologiſta uel apophrade, Lucianus.
Albi dies qui, Cælius 14. 9.
Parœmia quæ dicit, Diem nefaſtũ hunc atq; ecphylum, Tzetzes 10. 303.
De ſuperſtitione ſuper diebus aliquot, ſcilicet poſtridie calendas, nonas, & idus: item quarto quoq; die ante eaſdem, uide Gellium 5. 17. & alias ſuperſtitiões apud Heſiodũ de diebus. Septima poſt decimam felix, Cælius 20. 3. Tetradiſtæ qui, ibidem.
De religioſis, id eſt, infauſtis & infamibus menſium quorundã diebus, Valturius 7. 1.
Dierũ obſeruatio apud Romanos, Qui dies poſtriduani, Heſiodica ratio de diebus felicibus. Item aſtrologorum placita & Chriſtianorũ, Cælius 14. 9.
Quid eſt quod idibus Ianuarijs permiſſum eſt ut tibicines muliebri habitu urbem luſtrent? Plutarch. problem. Rom. 55.
Ante initiũ quadrageſimæ induere perſonas unde mos ſit, Polydor. 5. 2.
Per Dominica natalitia miniſtrũ quempiam facere dominum unde mos ſit, Polydorus 5. 2.
Calendę decembres Saturnales, Statius Syluarum lib. 1.
Martij calendis per arua cũ faculis acenſis currere unde mos ſit, Polydorus 5. 2.
Fabatiæ calendæ, Cælius 9. 8.
Maij calendis in agros exire unde mos ſit, Polydorus 5. 2.
Quare Athenienſes ſecundam Auguſti excipiant, Plutarch. Symp. 9. 6.
Cur idibus Sextilis feſtum agunt ſerui omnes ac ſeruæ, uxores autem capita purgare ac lauare conſueuerunt, Plutarch. probl. Rom. 100.
Quid eſt quod poſtridie calendas, nonas, idus, nec quoquã exire, nec peregre proficiſci conſueuerunt? Ibidem problem. 24.
Cur tria menſis principia & dies quaſi quoſdam legibus præſtitutos habẽt, qui dierum idem interuallum in medio capiũt, Plutarch. probl. Rom. 23.

¶ *De calendis, nonis, idibus (quod ad menſis diuiſionem: nam ſuperſtitioſa quædam de iiſdem proxime diximus) & nominibus dierum Septimanæ.*

Qui primi menſes diuiſerint in Nonas, Idus, & calendas, ac quis excogitârit numerum aureum, Polydorus 2. 4.
De calendis, idibus, ac nonis, Macrob. Satur. 1. 15.
De eiſdem libellus Matthæi Duni.
Intra calendas quid ſignificet, utrum ante calendas, an calendis, an utrũq;, Gellius 12. 13.
De nonis Caprotinis quæ tradantur, Alexander ab Alex. 5. 4.
Cur errantium ſyderum uocabula diebus tributa, rationesq; inibi ordinis eorum ſcitu relatuq; iucundæ, Politianus 1. 8.

Quare

Quare cognomines planetis dies, perturbatum illorum ordinem etiam uariantes numerent, Plutarch. Symp. 4. 6.

A quibus errantium syderum uocabula fuerint diebus per hebdomadam primum tributa, Polydorus 6. 5.

Qui primitus mutauerint Solis & Saturni dierum nomina in Dominicũ & Sabbatum: ac reliquos hebdomadæ dies in ferias distinxerint, Polydorus 6. 5.

¶ *De diebus, & horis.*

Quomodo primitus alij aliter dies obseruarent & noctes diuiderent, Polydorus 2. 6.

De temporibus terminisq; dierum, qui ciuiles nominantur et usquaq; gentium uarie obseruantur, & de anno ciuili, Gellius 3. 2.

Quomodo dies obseruentur, Plin. 2. 79.

Quãdo dies tam apud Romanos quàm exteras gentes incipiat, Alexander ab Alex. 4. 20.

De principio ac diuisione ciuilis diei, Macrob. Sat. 1. 3.

Cur diei principium de media nocte numerant, Plutarch. problem. Rom. 84.

Deos meridie ingredi per portam Austri: Templa meridie nemo adit, Cælius 15. 23.

Quis horas primum constituerit, arthorologia diuersi generis inuenerit, Polydorus 2. 5. Plura de horologijs reperies supra, ubi de instrumẽtis astronomicis.

Horarum ratio, Cælius 12. 9.

Cur alternis, nunc breuiores, nunc longiores sint autdies aut noctes, Lucretius libro 5.

Qua ratione nox fiat, qua item oriatur lux, Lucretius lib. 5.

Quæ ratio diurnæ lucis in terris, Plinius 2. 73.

De inæqualitate dierum ac noctiũ, Pontanus libro 4. de stellis.

Gnomica de diurna luce, & horologio primo, Plinius 2. 74.

TITVLVS VIII. CALENDARIJ, *siue cõputus ecclesiasticus & Ephemerides.*

FAstorum liber Decij Ausonij.

De paschate, uide in Theologia de ritibus ecclesiæ.

De tempore celebrationis paschalis, Io. Zœstius.

Paschalis cyclus magnus S. Dionysij abbatis Romani.

Ephemeris 12. mensium, Bedæ.

Canones in circulum decennoualem, Bedæ.

Ioannis de Sacrobosco computus. In eundem præfatio Philippi Melanchthonis.

Computus Græcorum & Latinorum, liber inuentus in cœnobio quodã Bobij Italiæ oppidi, teste Raphaele Volaterrano.

¶ De Computo siue Calculo ecclesiastico scripserunt, Albo Floriacensis, Alexander de uilla Dei, Campanus, Franco Leodiensis, Guilhelmus Durandus, Georg. Macropedius, Hermãnus Cõtractus, Helpericus, Heinricus de Bruxellis, Ioan. Trittenhemius, Isidorus, Ioan. Spangebergius, Marianus Fuldensis, Petrus de Dacia, Rabanus Fuldensis, Rupertus Lineoniensis, Sigebertus.

Computus ecclesiasticus uel astronomicus Petri Cracouiensis.

Computus manualis metricus Aniani, cum commentario.

Calendarius chirometricus Georgij Macropedij.

Cisianus (sic dictus à principio sui) Philippi Melanchthonis, impressus cum calendario Erasmi Renoldi, Vitembergæ.

Almanach perpetuum R. Abrahæ Zacuti, & Georgij Purbachij.

In diarium perpetuum canones Fran. Maurolyci.

Calendarium Campani.

Calendarius Ioannis de Regiomonte cum incẽsionibus, Germanice & Latine æditus.

Calendarium ecclesiasticum Nicolai abbatis monasterij de pomerio.

Ioannis Stofflerini Calendarium Romanum magnum cum abaco regionum, ita perfectum, ut qui id habue-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [204] - 94r
PUBLIC DOMAIN

rit, expræcedentibus nullum desi-
deret.

Canones in perpetuam tabulam tempo
rum Ioan. Lucidi. Idem scripsit de
emendatione temporum ab orbe con
dito.

De supplemento Almanach Hierony-
mus Cardanus.

De restitutione temporum & motuum
cœlestium Hierony. Cardanus.

Reparatio Calendarij Nicolai de Cusa.

Calendarij Romani emendatio per Io.
Lucidum.

Calendarium Petri de Dacia.

De emendatione Calendarij Albertus
Pighius.

Ruperti Linconiensis Calendarium.

Ad Ephemerides Ioan. de Monteregio
Albertus Prusa.

Ephemeridum opus Ioan. Stœffleri Iu-
stingen.

Petri Pitati Almanach.

Io. Angeli Ephemerides ex nouis & à
se emendatis tabulis.

Ephemerides pro anno 32. Ioānis Scho-
neri, accuratissime supputata, cum
instructione pro intelligenda Ephe-
meride.

Andreas Perlachius ex cōmentarijs Ge
orgij Tañstetter Collimitij præcepto
ris sui, decerpsit usus Ephemeridum,
& in 50. propositiones redegit.

Eucharij Rhodionis Almanach anno-
rum 19. ab anno 1533. in annum 1551.

FINIS LIBRI VIII. DE ASTRONOMIA.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [205] - 94v
PUBLIC DOMAIN

PARTITIONVM VNIVER

SALIVM LIBER IX. DE ASTROLOGIA.

HVMANISSIMIS VIRIS IOAN. MONTANO ET VLRICO NEVBER, TYPOGRAPHIS NORIMbergæ clarissimis, Conradus Gesnerus S. D. P.

COLLECTANEORVM nostrorum cur hanc præcipue partem, humanissimi uiri, uestram esse uoluerim, si nulla potior causa uobis proberur, hanc saltem non reiicietis, quod aliis quoq; non obscuris quibusdã typographis libellos aliquot dedicauerim, non eius quidem generis in quo singuli maxime præcelluissent (quid facerem enim ubi plures in eisdem excelluntᵉ) sed in quo uel paucas insignes lucubrationes edidissent. Eodem nunc instituto uobis hanc opellam inscribo, quod eximios quoidam astrologicæ professionis libros uestra opera publicos esse factos audiuerim, Cuiusmodi sunt, Aboali de iudicijs nativitatum, Io. Schonerus de natiuitatibus, Observationes Ioan. Regiomontani, De iudicijs auræ Io. Vuernerus: & præter mathematica, Martini Lutheri Postillam (ut uocant) patribusfamilias accommodatam Germanice: & commentarios eiusdem in Ioël propheram à morte ipsius per Vitum Theodorum editos: cuius itidem non paucos in re theologica libros ex officina uestra prognatos audio. Reliqua uestra propter loci interuallum, quo distamus hactenus uel non uidi uel non obseruaui: obseruabo autem posthac diligentius & suis quæq; Bibliothecæ nostræ locis inseram, si uixero, ut proposito meo satisfaciã, idq; eò maiori studio, quò gratiorem uobis hanc dedicatiunculam fuisse intellexero. Hoc unice & intimo pectore uos obsecro & adhortor, ut astrologiã physicam potius, & ad communia aliqua uitæ humanæ opera utilem, quæ naturæ & corporum terminos non transgreditur, præelis uestris & publica luce dignam existimetis: quam superstitiosam illam & diuinatricem, quæ fato syderum, ὑμαρμένην Græci dicunt, cum in alijs rebus nimium attribuit, tum animos etiam hominum, mores & actiones omnes, fortunamq; ipsam, & omnes mundi mutationes, ut ne religioni quidem parcat, eius uel imperio uel certæ significationi subijciat. Quam quò melior, sanctior atq; doctior uir hactenus quisq; fuit in religione nostra, eò fortius contempsit, & impiam iudicauit: quò contra quisq; à fide nostra alienior, tanto maioris fecit. Imò in gentilium etiam philosophia, qui præstantiores habentur, ferè omnes, minus eam coluerunt: magis qui indoctiores, quod & hoc tempore contingit, ubi multi & sacris literis posthabitis & optima ueterum philosophia neglecta, impios quosdam philosophastros & Chaldæos secuti, quicquid unquam aliquis astrologię attribuit, recte fieri posse contendunt. Et huiusmodi atheos uates non plærisq; modo principes, sed eũ pròh dedecus ecclesiæ pontifices apud se fouent. Verum hæc illis accuratius discutienda relinquo, qui simul & artis huius peritiam, & Christianæ theologiæ cognitionem habeant: qui soli cum recte iudicare quid boni quid mali astrologia secum uehat, tum prauas aliorum opiniones redarguere poterunt. Quod quidem Georgium Ioachimũ Rheticum doctissimum in Academia Lipsica Mathematum professorem, breui publico scripto effecturũ expectamus. Qui mihi humanitatem quoq; uestram adeò prædicauit, ut libentissime hunc uobis libellum nuncupauerim, quem uos ut æqui boniq; consulere, & omnia amici hominis officia de me uobis polliceri uelitis, oro. Valete. Tiguri, quarto nonas Februarij, anno Saluris 1548.

TITVLI LIBRI IX. DE ASTROLOGIA.

TITVLVS I. *De astrologia in genere, encomia eius, reprehensiones, apologiæ.*

II. *Introductiones seu institutiones, electiones, interrogationes.*

III. *De iudicijs astrologicis præcepta uniuersalia Ptolemæi & aliorum: siue, De authoribus qui totam astrologiam complexi sunt.*

IIII. *Quatenus astrologia medicis sit usui.*

V. *De prognosticis ex astrologia in temporum et tempestatum mutationes, in genere.*

VI. *Genethlialogica, quod ad iudicia natiuitatum & reuolutiones.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [206] - 95r
PUBLIC DOMAIN

TITVLVS I. DE ASTROLOGIA SIVE ALTERA PARTE ASTRONOMIAE, QVAE de iudicijs est, cuius præsagia sunt, licita & illicita, in genere. Encomia eius, Reprehensiones, Apologiæ.

COELI enarrãt gloriam dei: libellus astrologicus hac inscriptione, propter initiũ libri, authore incerto, paulò maior sesquicharta, impressus Lugduni 1508. in 4. cum Amico medicorum Ioannis Ganiueti. Ex præfatione. Aliquid scribetur de operationibus cœli, sequendo scripta Ptolemæi, Almansoris, & aliorum sapientum, pro tutiori regimine hominum. Ex fine libri. Ista collectio aliquarum Conclusionum astronomicarum, non est ordinata ad modum quo cõsueuerunt astrologi per ordinem duodecim domorum: sed per materias & per cõclusiones breues, quæ possunt uocari, Aphorismi astrologorum: uel à principio suæ denominationis, Cœli enarrant.

De iudicijs astrorum, Thomas Aquinas.

Per astra diuinatio, Vincentius 3. 3. 28.

Astrologi quidam, Aelianus Græcus fol. 45.

Machmes Aracensis ex uersione Tiburti.

Diodotus astrologus, Cælius 12. 9.

Astrologorum iudicia, Iamblichus Latinus Basil. editionis 360. 42.

Quod nulla diuinatio sine astrologia sit perfecta, Agrippa 2. 53.

De annis quos dicit Meton astrologus, Pausaniæ filius, Tzetzes 12. 399.

Apotelesmata, Cælius 12. 9.

Liber anonymus habens astrologicas hypotheses, georgicas, & iatricas, Græce extat in quadam Bibliotheca Italiæ.

Diuinatio syderalis Ramyri Gaditani.

Quid sentiat de astrologia, Marsilius 12. 26.

Mesonis assimulatus furor, ne cũ Atheniensium reliquis Siculam iniret expeditionem, quod astrorũ peritia futuram prænouisset afflictionem, Cælius 21. 43.

Astrologiæ quatenus credendum, Ioan. Iouiniani Pontani dialogus.

De dignitate astrologiæ, Phil. Melanchthon.

De astrologia Lucianus, interprete Desyd. Erasmo, primo Tomo operum eius.

Concordia theologiæ & astrologiæ Petri de Aliaco.

Vnde rerum principia atq; effectus in uita existant: & quomodo astrologi, physici, atq; theologi inter se dissentiant, Crinitus 17. 15.

¶ Opera miraculorũ & prophetiæ non fiunt aliqua uirtute stellarũ, sed Dei, &c. Iamblichus Latinus Basilienſis editionis 253. 28.

Communis religio non fit à stellis, Marsilius 7. 20.

Diuina lex fieri à cœlo non potest, sed fortè significari, Marsilius 7. 19.

Pius dominabitur astris, Marsilius 6. 34.

Christiana religio non fit à stellis, Marsilius 7. 21.

Respõsum de genesi, quod iudicium sit fallacissimum, Marsilius 7. 35.

Religiones falsas, & superstitiones omnes ex astrologia & syderibus profluxisse, Cælius 9. 20.

Cœlestia obseruantes maxime fuisse infelices, Cælius 14. 9.

Planetarij, mathematici, diuini, astrologiæ irrisio, ibidem.

Dissertatio Phauorini philosophi aduersus eos, qui Chaldæi appellantur: & ex cœtu motibusq; syderum, & stellarum, fata se hominum dicturos pollicentur, Gellius 14. 1.

Cum primum fatum astrologorum impugnare nitimur, expugnamus, Marsilius 4. 44.

Contra astrologos libri 12. Ioan. Pici Mirandulæ.

Quantum

Quantum astronomi metiuntur, tantũ astrologi mentiunt, Marsilius 4. 36.
Cœlum pollicetur bona, uirtus præstat, Marsilius 3. 47.
Mala non sunt ab astris proprie, sed ex defectu uel materiæ uel consilij, Marsilius 3. 22.
Multa quæ stellæ significant, dæmones persuadent, nos agimus, Marsilius 8. 42.
Contra astrologorum ex astris in uniuersum, maxime uero ex cometis prædictiones superstitiosas, Ioan. Ferrerius Pedemont. in libello de uera Cometæ significatione.
Contra mathematicos, Aurelius Augustinus, Tomo quarto operum eius, Quæstione 45. in libro 83. Quæstionum.
Contra astrologiam, Io. Fr. Picus.
Cõtra astrologos, Heinricus de Hassia, & Marsilius Ficinus.
Disputatio contra iudicium astrologorum, Marsilius 4. 51.
De uanitate & peccato superstitionis astrologiæ, Brunfelsius Pandect. lib. 12.
Contra astrologiam iudiciariã aliquid scripsit Hieronymus Sauonarola.
An stellæ agant, Plotinus.
¶ De astrologica ueritate Lucius Bellantius.
De astronomica ueritate Philip. de Soldeuilla.
Apologia pro astrologia contra Ioannem Picum Iacobus Schœnheim.
Astrologiam defendit Iacobus Gohonhemez.
Apologia Marsilij Ficini, quod astrologia & medicina sacerdotibus conueniat.
Astrologiæ defensio, Gondisalui Toledo, & Io. Abiosi.
Astronomię defensio Conradi Heingarter Tigurini, & Gabrielis Perouani.
Cur astrologorum iudicia plærũq; fallant, Geor. Trapezuntius.
¶ Aphetica in cœlo quæ dicantur, Cælius 21. 5.
L. Gauricus annuas mensuras, ac diurnas progressiões Apheticorũ quinq; locorum examinauit.

TITVLVS II. INTRODVctiones seu Institutiones, Electiones, Interrogationes.

Astrologiæ partes, Cælius 12. 9.
De iudicijs astrorum, Alcabitius.
In iudicia astrorum Alchibitij commentaria Ioannis de Saxonia.
In astronomiam Alchabitius uel Abdilazus: aliâs, Isagoge Alcabitij ad magisterium iudicij astrorum.
Io. Schoneri introductorium.
De iudicijs erigendis Io. Schonerus.
Isagoge in totam ferè astrologiam Lucæ Gaurici.
Isagoge astrologiæ, Pauli philosophi.
In astrologiam isagogicus tractatus Eberhardi Schleüsinger Tigurini.
De introductorijs iudiciorum, Leupoldus de Austria libro 4.
Quæstiones astrologicæ in Speculo Bartolemæi Sibyllæ.
Astrologica ad iudiciũ multa apud Hieronymum Cardanũ in Supplemento Almanach.
De definitionibus & terminis astrologicis. Otho Brunfelsius.
¶ Quod totus sublunaris mundus, & quæ in eo sunt, planetis distribuitur, Agrippa 1. 30. Item in præcedentibus septem capitibus singillatim.
Felicia ad philosophiam auspicia à Mercurio & Saturno & Sole, signa legitima Platoni, Marsilius 12. 12.
De obseruatione stellarum fixarum, earumq; naturis, Agrippa 2. 31.
De imaginibus Zodiaci, quas insculptæ à suis stellis suscipiant uirtutes, Agrippa 2. 36.
Cur stellarum errantium aliæ aduersæ nobis sint, aliæ prosperæ, Macrob. in Somn. 1. 19.
An planetæ afficiantur uaporibus terræ, Cælius 1. 16.
De stellis beibenijs, Hermes.
De naturis planetarum Vestij Valentis libellus, ex primo libro Floridorum eius.
De planetarum naturis, Georgius Colinutius.
De significationibus planetarum Thebith ben Corath.

Quando planetæ sint potẽtioris influentiæ, Agrippa 2. 30.
Decreta planetarũ, Ioach. Camerarius transtulit è Græco. Vide Tomo primo ubi & alia astrologica opuscula per Camerariũ ædita recensuimus.
De animantibus, arboribus, lapidibus, quæ naturali consensu cum Solis & Lunæ uiribus consentiant, Crinitus 24. 6.
Tres gratiæ & tres planetæ, Marsilius 7. 11.
Lunam amatoribus præesse, Cæl. 5. 6.
Cur Lunulas gestarint in calceis Romani ueteres, Cælius 20. 28.
De Luna, Pontanus de stellis lib. 1.
De natura Lunæ, Plinius 2. 9.
Lunæ significatio in signis Græce & Latine Ioachimo Camerario interprete.
De Lunæ effectib. in corpore, Macrob. Satur. 7. 16.
Lunæ expositæ carnes cur citius computrescant quàm Soli, Plutar. Symp. 3. 10.
Cæsionis (in materie secanda) Lunæq; tempus spectandum, Valturius 11. 3.
De 28. mansionibus Lunæ, earundẽq; uiribus, Agrippa 2. 33.
Quæ bruma augeri minuiq; sit obseruatum à Stoicis ex Lunæ uiribus, Crinitus 4. 6.
De Sole, Pontanus de stellis lib. 1.
De Solis prognosticis, Pontanus de stellis lib. 1.
De conuersione foliorũ in arbore olea, brumali & solstitiali die, deq; fidibus id temporis ictu alieno sonantibus, Gellius 9. 7.
De Venere, Pontanus de stellis lib. 1.
De Mercurio, Pontanus de stellis lib. 1.
Venus Martem, Iupiter Saturnum domat, Marsilius 3. 9.
Iupiter & Venus Martẽ domant, Marsilius 8. 50.
Saturni Martisq; natura, Marsilius 6. 24.
Concordia Iouis & Solis: Concordia colleg arum, Marsilius 10. 35.
Similitudo Mercurij ac Saturni, Marsilius 12. 5.
Qui planetæ diurni sint, & qui nocturni, Pontanus lib. 4. de stellis.
De iudicijs siue significationibus 12. locorum domus signiferi.
Planetarum imaginum uires in Magia, Agrippa lib. 2. cap. 38. usq; ad 44.
Decreta planetarũ in singulis locis Zodiaci: atque hæc Latina quoq; facta sunt: ijsq; adiectus est libellus de natura planetarum per Ioachimum Camerarium.
Astrologica de partibus Zodiaci, Hephæstionis: aliâs, De 12. cœli locorum appellatiõibus & effectionibus Græce et Latine Ioachimo Camerario interprete.
De domiciliorum cœli distinctione, Io. de Monteregio.
Domuum cœlestiũ descriptio per Theodosium philosophum.
De 16. cœli regionibus, & quæ numina cuiq; sint adscripta, ex Mineo Capella relatum: & alia obiter addita, Crinitus 6. 7.
Qui planetæ quibus signorũ dominentur triangulis, Pontanus lib. 4. de stellis.
De aspectibus planetarum, Matthæus Guarimbertus.
De planetarum receptionibus siue de interrogationibus, Messahallach.
De significatione triplicitatuum ortus, Bethem.
Alcabitium de Planetarum coniunctionibus exposuit Ioan. Hispalensis, & Io. de Saxonia.
Planetarum epoche quid: de trigono, quadrato, hexagono, & diametro planetarum, Cælius 1. 16.
De electionibus, Zahel, & Leupoldus de Austria libro 9.
De electionibus cõmunibus Io. Schonerus.
De naturali seu astronomica (non necromantica & diabolica) imaginum scientia, Leupoldus de Austria libro 9.
De obseruatiõe horarum planetariarũ, Agrippa 2. 34.
De quæstionibus libro 8. Leupoldus de Austria.
De intentionibus, quarum scientia est admirabilis & stupenda: Leupoldus de Austria libro 10.

De inter-

De interrogationibus astrologicis, Zahel.

TITVLVS III. DE IVDICIIS *astrologicis præcepta uniuersalia Ptolemæi & aliorum: siue, De authoribus qui totam astrologiam complexi sunt.*

TEtrabiblus Cl. Ptolemæi de iudicijs astrologicis, uel Apotelesmatũ libri 4. Quadripartitum uulgò uocãt.

Quadripartitum transtulit & exposuit Ioachimus Camerarius.

In idem opus commentaria Græca Procli Venetijs extant ad S. Antonium: & alia Græca innominati interpretis Romæ seruantur in Vaticana bibliotheca: & Bononiæ ad S. Saluatorem, & Venetijs apud Hurtadum Mendozzam Cæsaris legatum.

Georgij Vallæ in Quadripartitum commentarij impressi: & alij Hali Rodoam.

Eruditiones ad Apotelesmata Ptolemęi per Aug. Niphum.

Albumasaris Apotelesmatica etiã Græce extant.

Ioan. Hispaliensis Quadripartitum Astrologiæ.

Centiloquium, uel centũ sententiæ aut Aphorismi, uel Fructus Cl. Ptolemæi.

Centiloquiũ Ptolemæi transtulit & commentarijs ornauit Io. Iouin. Pontan.

In idem cõmentaria reliquerunt Hali Rodoham, & Georgius Trapezuntius.

Centiloquium Bethem de astrorum iudicijs & horis planetarum.

Almansoris astrologi propositiones siue iudicia astrologica, interprete Tiburtino Plato.

Hali aben ragel de astrorum iudicijs.

Eiusdem Signaliũ astronomiæ liber, uide Tomo 1.

Aegidius de Thebaldis transtulit libros Hali aben ragel, & Hali Rodoam.

Geberi Arabis de astrologia libri 9.

M. Manilius scripsit Astronomicon libris quinq;, ad Cæsarem.

In Manilij astrologicos libros cõmentarij Laurentij Bonincontri Miniateñ.

Georgij Vallæ de astrologia libri 4.

Ioan. Muntz scripsit prognostica à stellis sumpta.

Leopoldi ducatus Austriæ filij de astrorum scientia libri 10. nõ tam quod ad motus, quàm quod ad effectus eorũ.

Eiusdem apologia quædam.

Aphorismi astrologici Ludouici de Rigijs.

Astrologica Raph. Volaterrani, et Christanni Molitoris.

Astrologia sex partium, Guidonis Bonati.

De figuris stellarũ helionoricis libri 2. Aug. Niphi.

Raymundi Lullij astrologia.

TITVLVS IIII. ASTROLOgia *quatenus medicis sit usui.*

MErcurij Trismegisti medicatiões ad astrologicam rationem, Græce.

Vide Iatromathematica in libro de medicina.

Applicatio astrologiæ ad medicinam, Ioannis de Monteregio, et Georgij Collimitij.

Astrologia naturalis, Ioannis de Indagine.

De Astrologiæ & medicinæ conuenientia Hermolaus Barbarus.

¶ De diebus criticis uel decretorijs, August. Niphus, Io. Fernelius in Monalosphęrio: & Io. Fracastorius.

De eisdem Canones Georgij Collimitij.

De criticorum dierum causis, Andreas Thurinus.

Plura uide in Medicina.

TITVLVS V. DE PROGNOsticis *ex astrologia, in temporum & tempestatum mutationes, in genere. Nam alia quædam particularia prognostica, & aliunde sumpta in Meteoris posuimus.*

DE significatione assignationéue ἐπισημασίας syderum: & quomodo hyems et æstas fiat, Plutarchus de placitis 2. 19.

Prædictiones Lucæ Gaurici usq; ad annum 1552.

Ad annos 20. prognosticon Pauli Mitelburgij.

Ioan. Carionis reuelatio ueræ cœlestis

influentię, ab anno 1540. uſq; ad 1550. ædita Germanice. Vide plura præcedente libro, Titulo 2.

Qui noſtris temporibus practicas cum Calendarijs ſuis ædiderint, id eſt, prognoſtica uariarum mutationum, earum etiam rerum quæ ſupra naturã ſunt, quoniam ut plurimum falſis & ridiculis diuinationibus utuntur, ſutores ultra crepidam, hic locum occupare non merentur. Etſi nonnullos modeſte & cum laude intra terminos artis uerſatos ſua cõpoſuiſſe ſciã, tamen & illos anonymos præteribo, ne cæteris bilem eò magis moueam.

In quota ſignorum parte dierum contingant mutationes, Cælius 1. 21.

Aſtrologia nautica, ſecundum Solis, Lunæ, ſyderumq; obſeruationem, Valturius 11. 8.

Quid quoq; menſe in agro fieri oporteat, Plinius 18. 26.

Ne agricolæ aſpiciant ſtellas, ſed magis tempora ſerendæ frugis, & ortus occaſuſq; ſyderis in quibuſdam herbis, Plinius 18. 27.

De probatione ſcientiæ impreſſionum, & quid ſit hæc ſciẽtia, Leopoldus de Auſtria lib. 3.

De iudicijs ſiue ſignificationibus temporum in iudicijs, Zahel.

Qualiter prouinciæ & regna planetis diſtribuuntur, Agrippa 1. 31.

De calamitatibus rerum humanarũ Auguſtinus Niphus. Eſt autem (ut audio) erudita tractatio ſecundi quadripartiti Ptolemæi.

De falſa prognoſticatione diluuij, quæ ex conuentu omniũ planetarum, qui in piſcibus continget, anno 1524. diuulgata eſt, Aug. Niphus.

Ioan. Eſtuidi Anglicana Summa de Aſtrologia.

De accidentibus mũdi in genere ſecundum ſignificationes ſtellarum, Ioan. Eſtuidi in prima parte Summæ Anglicanæ.

De mutationibus aëris, quod ad tempeſtates, peſtilentiam, utilitatem aut caritatem annonæ, & ad bella. Ioan. Eſtuidi in ſecunda parte Sũmæ Anglicanæ.

De annorũ mundi reuolutionibus Meſſahallach.

De annorum reuolutionibus, Leopoldus de Auſtria lib. 5. Eſt autem practica annua de iudicio anni.

De ratione circuli & ſtellarum, Meſſahallach.

De planetarum coniunctionibus epiſtola 12. c. Meſſahallach.

Tempeſtatum prognoſtica Theonis Alexandrini: et Arati in Phænomenis.

Stellarum inerrantium ſignificationes Cl. Ptolemæi, Nicol. Leonico interprete.

De ſtellarum fixarũ naturis & ſitu, Alfonſus.

Opuſculum Repertorij, Prognoſticon in mutationes aëris, tam uia aſtrologica, quàm meteorologica, uti ſapientes experientia comperientes uoluerunt, perquàm utiliſſime ordinatum. Liber hac inſcriptione, cum aſtrologia medicorum Hippocratis, impreſſus eſt Venetijs 1485. in 4. chartis 12.

Ex præfatione authoris incerti. Vtilitas operis in hoc conſiſtit, ut uidelicet abſq; plurium librorum inſpectione ſententias plurium doctorũ facilius & citius poſſimus ad inuicem comparare, & collatione facta ad inuicem, ad minus illa, in quibus magis cõcordare uidebuntur temporibus & climatibus noſtris per experientiam certam comprobentur & approbentur, &c. Sunt autem 7. partes. Prima pars eſt quaſi introductorium ſequentiũ, & eſt de natura cœli & ſtellarum, quatuor etiã temporum anni, & climatum, atq; prouinciarum terræ. 2. Secunda eſt de iudicijs uniuerſalibus mutationum aëris per coniunctiones magnas & eclipſes, & per introitum Solis in punctis æquinoctialibus & ſolſtitialibus, et locis alijs determinatis in Zodiaco ſignorum. 3. Eſt de iudicijs uniuerſalibus per coniunctiones & oppoſitiões luminarium. 4. De iudicijs particularibus, quę non ſolum fiunt per coniunctiones & oppoſitiones luminarium, ſed etiam per alias figuras particulares. 5. De iudicijs per coniunctiones & aſpectus Lunæ cũ alijs ſtellis, & aliarum ſtellarum ad inuicem,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [211] - 97v
PUBLIC DOMAIN

uicem, & de præsentia Lunæ, & aliorũ à sole in certis locis Zodiaci. 6. De hora pluuiæ, & ubi & quando fortior et debilior fuerit: & quæ sint loca apta ad hoc, & de duratione eiusdem. 7. De mutatione aëris per signalia superiora, quę per meteororum scientiã habent cognosci: & quædam alia signalia uulgariter approbata.

De aëris mutationibus libri 6. Leopoldi de Austria.

De maximis regnorum mutationibus prognosticon Antonij Torquati.

De stellis emicantibus, Seneca in naturalibus quæstionibus.

De stella, magis, & innocentibus, Sermo Cypriani.

De cometis multa sunt in Camerarij operę ostentis.

De cometa Iac. Locher Philomusus.

De cometis Iacob. Angelus Vlmensis. Vide plura in Meteoris.

Eberhardi Schleüsinger, physici Tigurini, de Cometis tractatus, manuscriptus in 4. chartis 5. extat in Bibliotheca Tigurina, diuisus in partes duas, quarum tituli præponuntur initio.

Vide qui Astrologiam integrã scripserint, Titulo 3.

TITVLVS VI. GENEthlialogica, quod ad iudicia natiuitatum & reuolutiones.

Vide qui Astrologiam integram scripserint, Titulo 3.

Astronomicorum siue Matheseos Iulij Firmici libri 8. recogniti per Nicolaũ Prucknerum.

Iulij Firmici de dño genituræ & Chronocratore liber 1. Non extat.

De rebus cœlestibus libri 14. Ioannis Iouiniani Pontani, operũ eius Tomo 3.

De stellis libri 5. Io. Iou. Pontani.

In astrologia fragmẽta Antonij de Montulmo.

De natiuitatibus Petrus de Apono, Abraham Iudæus per Io. Dryandrum recognitus, Albubather Arabs, et Io. Schoneri libri 3. Norimbergæ editi.

Canones natiuitatum Io. Schoneri.

Introductio in iudicia astrorum Abrahami Iudæi.

Ratio orbis solaris siue Zodiaci, Græce, et Latine Ioachimo Camerario interprete.

De iudicijs natiuitatum, Io. Lucilius.

De natiuitatibus astrologia Arcandam: & Leopoldi de Austria libro 7.

Genethliacus est tertius liber Quadripartiti Ptolemæi.

Summa astrologica in materia natiuitatum Nicolai de Comitib.

De reuolutionibus natiuitatum & temporaria potestate planetarum, Hali Abenragel.

De natiuitatibus Homar astronomus, castigatus & auctus per L. Gauricũ, additis etiam alijs quibusdam Georgij Trapezuntij, & Hali Abenragelis, liber impressus Venetijs 1525.

Genituræ in cœlo loca, Cælius 2. 9.

Genituræ cardines, Cælius 10. 1.

De domino genituræ Iulius Firmicus:

Genituræ 67. insignes casibus & fortuna, cum expositione Hieronymi Cardani.

De horoscopijs Alchandrinus.

Horoscopion liber impressus, nescio cuius authoris.

Ioachimi Ringelbergij horoscopus.

Decenniorum decreta ex Firmico Materno.

Icadistæ qui dicantur, Cælius 20. 31.

Tetradistæ qui, Cælius 20. 3.

De hoc, Quarta Luna, ut apparet, genitus, alijs laboro, Tzetzes 12. 417.

Quemnam esse natalem diem M. Varro dicat eorum, qui ante noctis horã sextam, postúe eam nati sunt, Gellius 3. 2.

De conceptu natorũ Lucas Gauricus.

Climactericos annos à Ptolemæo haudquaquam probari, Cælius 21. 2.

Androcles annus & climactericus, Cælius 22. 12.

Ex diuersis cœli habitibus diuersos euadere hominum mores, Cælius 18. 18.

Positio aspectusq; planetarum ingenio conferentium, Marsilius epist. 3. li. 9.

Septem planetis ætates 7. congruæ, Proclus in Alcibiadem, Basilien. editionis 432. 36.

Quod hominũ ætas certis temporibus ad planetas referatur, Crinit. 23. 12.

Prædictiões ex ſtellis in horoſcopo conſtitutis, Pontanus libro 3. de ſtellis.
Iupiter amicabilis per Mercurium conflat amicos, Marſilius 12. 16.
Quibus uiribus polleant ſeptem planetæ in hominum corpore ex Arabum libris, ac de duodecim ſignis eorũq; poteſtate ex ueterum ſententijs, Crinitus 12. 2.
Aetates humanas planetarum cõſequi rationem, Cælius 19. 22.
Tria uideri neceſſaria genethliacis: horoſcopi enotationem penè haberi impoſſibilem, Cælius 12. 10.
De natali die P. Vergilius Maro.
De natali Commodi imperatoris, Crinitus 2. 1.
De natali Alexandri Magni, Crinit. 1. 15.
Filij Solis dicuntur, quibus naſcentibus Sol aſpirat, Sol in Leone in nona cœli plaga. Marſilius 10. 9.
De dieb. quibus inſignes homines ſunt editi in lucem, Plutarch. Symp. 8. 1.
Oraculum Alfonſi regis ad Ferdinandum filium. Marſilius 6. 13. parte epiſtolæ 26. ubi diuinatio continetur.
De more natalem colendi diem, Polydorus 6. 7.
In natalem ſuum, Ouidius Triſtium 3.
Celebrat uxoris natalem, Ouidius Triſtium 5.
Ob diem natalem Imperatoris uota, C. Plinius lib. 10. epiſtolarum.
Reſponſio deſideranti natalem ſuum, & reliqua, Marſilius 9. 18.
De die natali, Cenſorinus.
¶ Dierum ſuperſtitioſæ obſeruatiões in Aſtronomicis dictæ ſunt, Titulo 7. de ratione temporũ, quãuis ad aſtrologiam magis pertinebant.

FINIS LIBRI IX. DE ASTROLOGIA.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [213] - 98v
PUBLIC DOMAIN

PARTITIONVM VNIVER

SALIVM LIBER X. QVI EST DE DIVInatione cum licita tum illicita, & Magia.

ORNATISSIMO VIRO VVENDELINO RIHELIO, TYPOGRAPHO ARGENTORATENSI celeberrimo, Conradus Gesnerus S. D. P.

GAETEROS quidē libros typographis illis dedicare mihi studio fuit, qui plurimos aut optimos pro singulorum argumento authores publicassent: sed cum hic de magia & diuinatione liber nulli hac ratione typographorum conueniat, contrariam sequi placuit, & in tuum nomen hanc partem inscribere, ut qui magicos nullos, plurimos uero syncerae & sacrosanctae theologiae nostrae, magiae & artibus illicitis omnibus aduersos codices ediderit. Ex quibus aliquot hic mihi commemorandi sunt, ut beneficia tua agnoscant studiosi, & quid ex officina tua petendum sit, intelligant: quanquam multa memoriam meam extempore haec scribentis subterfugiant, quae memini tamen Latine aut Graece apud te edita, haec sunt. Vuolfgangi Capitonis explicatio in Hexameron opus Dei. Eiusdem liber de Missa, matrimonio, & iure magistratus in religionem. Ab eodem translatae Psalmorum precationes. Ioan. Caluini commentarij in Epistolā Pauli ad Romanos. Eiusdem assertio, uiuere apud Christum, non dormire animis sanctos, qui in fide Christi decedunt. Liber contra Sadoletū: Et Institutiones Christianae religionis, opus ex eruditione simul & pietate nobilissimum. Martini Buceri liber de uera ecclesiarum in doctrina, ceremoniis, & disciplina reconciliatione & compositione. Eiusdē Acta Colloquij in comitijs Imperij Ratisbonae habiti, hoc est, Articuli de religione conciliati & non conciliati omnes, ut ab ipso Imperatore ordinibus Imperij ad iudicandum & deliberandum propositi sunt: Cōmentaria in Epistolam ad Romanos: Defensio contra episcopum Abrincensem. Terrae sanctae, quam Palaestinam nominant, Syriae, Arabiae, Aegypti, & Schondiae doctissima descriptio, unà cum singulis tabulis earundem regionum topographicis, authore Iacobo Zieglero Bauaro. Tabulae Palaestinae separatim. Et praeter sacra, Dictionarium Latinogermanicum, & uice uersa Germanicolatinum, ex optimis Latinae linguae scriptoribus concinnatum per Petrum Dasypodium, in 8. & in 4. M. T. Ciceronis opera omnia per Ioan. Sturmium correcta. Ioan. Sturmij, De amissa dicendi ratione, & quomodo ea recuperanda sit, libri duo. Et alius de literarū ludis recte aperiendis: Dialecticae partitiones, quae nunc ut audio integrae excuduntur aut excusae iam sunt: Epistolae Ciceronis aliquot selectae per eundem. Conradi Neobarij compendium dialecticae. Germanicorum Adagiorum cum Latinis ac Grecis collatorū centuriae septem per Eberhardum Tappium. Illustrium poetarum flores per Octauianum Mirandulam collecti & à studioso quodam in locos communes digesti. Pauli Iouij de rebus Turcicis liber, à Francisco Nigro Latinus ex Italico factus. De Tungris & Eburonibus, aliisq; inferioris Germaniae populis, Huberti Thomae Leodij commentarius. Et in re medica, Pauli Aeginetae opera Ioan. Guinterio Andernaco interprete, cum commentarijs eiusdem. De uictus & medicinae ratione, cum alio, tum pestilentiae tempore obseruanda, liber eiusdem Guinterij. Noscendae, precauendae, atq; propulsandę febris pestilentialis Andreę à Lacuna compendium. Item in Greca literatura, Educatio puerilis linguae Graecae, & fabellae quaedam Aesopi. Lexicon Graecolatinū in usum iuuentutis Petri Dasypodij. Proclus de sphaera. Euclidis liber primus. Aristotelis Politica seorsim & Ethica seorsim. Platonis Ion siue de Iliade, Crito, & Gorgias siue de rhetorica, singuli seorsim, Demosthenis contra Leptinen oratio. Aiax & Electra Sophoclis. Scholia in Homerum absq; textu, castigatissime edita, & copiosis indicibus illustrata, cū Porphyrij Homericis quaestionibus. Germanica nunc omittam, Hieronymi Tragi tamen (ut professioni meae faueam) diligentissimi certe uiri & optime de arte nostra meriti historiam herbarum praeterire non possum, cui nuper arbores etiam & frutices adiecit, opus longae profecto & exquisitae obseruationis, quod multa experimenta & multas omnino peculiares dotes habet. Quod superest, rogarem te pluribus, ne benuolentiam in te meam, quam hoc tibi pignore testatā uolui, aspernareris: nisi de amicitiae tuae candore ita persuasus essem, ut nullo ad eum excitandum dicendi artificio opus fore existimarem. Vale. Tiguri, Nonis Februarij, anno 1548.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [214] - 99r
PUBLIC DOMAIN

AD LECTOREM.

EGO ut instituto meo omnes sine discrimine libros commemorandi, satisfacerem, hîc etiam magicos & impios multos ac publice damnatos recensui. Sic hæreses à theologis, sic à medicis uenena numerantur. Optandum quidem esset detestabilium huiusmodi rerum neq; σύνεσις neq; nomina extare: iam uero cum reipsa sint, nominari etiam debent, ut uel nomine audito qualis res sit quiuis intelligat, ac detestetur: et si quis huiusmodi liber occurrat, ne inspiciendi quidem mora dignetur, cum inter impios hic censeatur. Quanquam non dubito multos mihi ignotos esse, quos adijci paulatim licebit. Non ignoro hoc Apostoli dictum, Ne nominandum quidem esse malum: sed ita interpretor, ut inter populum & in communibus colloquijs mala nominari non debeant, ingentia præsertim & ignota, ne quid nouæ cupidinis hac occasione excitetur, cum multi ad noua subinde scelera sua sponte proni, exiguum incitamentum nacti, labantur. Prohibendi tamen animo (ut magistratus facit in legibus, & ipse Paulus magna quædam flagitia nominatim prohibet) & extra populum, nominanda iudico. Nos eruditis & bonis uiris scribimus: quod si qui tam corrupti ingenij sunt, ut peccandi hinc ansam capiant, illis non mea scripta, sed sua improbitas, quam occulto hactenus fomite alebant, criminis causa fuerit. Et quamuis ego indicta hæc reliquissem, passim men apud alios, qui in publica etiam luce uersantur, authores, in eadem & alia plura incidere potuissent.

TITVLI LIBRI X.

TITVLVS I. De diuinatione in genere, & priuatim quædam de Magia, imaginibus præsertim. Vide etiã Titulo 6. de magia priuatim.

II. Reuelationes, uisiones, somnia.

III. De uatibus et prophetis in genere primũ quædam, deinde singillatim.

IIII. De miraculis, signis, prodigijs.

V. De superstitione, & superstitiosis quibusdam obseruationibus. Vide etiam Tit. 10.

VI. De Magia priuatim quædam, & primum in genere. Vide etiam Tit. 1.

VII. De Magia quod ad spiritus & necromantiam: item de ueneficijs, &c. De sortibus, incantationibus, &c. De fascino & præstigijs.

VIII. De diuinatione augurum, auspicum, aruspicũ & per diuersa animalia.

IX. De uaticinijs per elementa & alias res inanimatas. De geomantia.

X. De superstitiosis quibusdam obseruationibus apud gentiles, in actionibus & diebus. Vide etiam Tit. 5.

XI. De physiognomonia, & chiromantia.

TIT V-

TITVLVS I. DE DIVINATIONE IN GENERE, ET PRIVATIM QVAEDAM DE Magia, præsertim imaginibus.

ICITA diuinatio ex arte non est, sed inspiratione diuina: Illicita uero, quanquam nec ipsa ars aut uera methodus sit, artis tamē simulatione, & sensibilibus rebus adhibendis, tanq̄ physice fiat, decipit uulgus.

De maleficis artibus prohibitis, uide in Theologia ubi de hæreticis.

De astrologica & mathematica diuinatione superiore libro dictū est: nunc de reliquis dicendum, & primum in genere.

¶ De diuinatione, Plutarchus de placitis phil. 5. 1. Gellius 2. 4. M. T. Cicero, Nicolai Leonici Thomæi dialogus, Raph. Volaterr. loco 30. Marsilius in epistolis 1. 8. Vincentius Belluacensis, 3. 3. 28.

De arte diuinandi Pontícus Virmius lib. 16.

De rerum prænotione libri 9. Io. Francisci Pici.

De prænotionibus licitis & illicitis libri 2. Ioan. Trittenhemij.

De cognitione futurorum, Ioan. de Indagine.

De uisionibus ueris & falsis, Io. Gerson, Tomo 1.

Futura prædicere, Vincentius Bellouacen. 3. 3. 28.

Vates, Brusonius 7. 20.

De hoc, Etiam cum uates sis optimus, lapsus es aliquando, Tzetzes 7. 125.

De hoc, Neq; quis uatum existens, neq; auspiciorum planè peritus, Tzetzes 9. 27.

De uaticinijs, Fr. Petrarcha.

Vaticinium quid & unde, Iamblichus Latinus Basilien. editionis, 222. 21.

De uaticinio & furore, Agrippa 3. 45.

De uaria perquirendorum futurorum arte, si qua est, ad rem militarem, Valturius 3. 1.

Vtrum existente diuinatiõe aliquid sit in nostra potestate, Max. Tyrius, sermone 3.

Futurorum contingentiũ cognitio, est apud superos certa atque necessaria, Proclus in Alcibid. Basilien sis æditionis 411. 19.

Incertus euentus, Index prouerbiorum synonymorum in Chiliades.

Futura, Octauianus.

Præsagium naturale, artificiosum, & diuinum, Iamblichus Basil. editionis 370. 47.

De duobus diuinandi generibus, Polydorus Verg. 1. 24.

Futura noscendi modos esse duos, Cælius 2. 14.

Cordis arcana modis cognosci duobus, Cælius 2. 14.

Afflationum species, qui afflatorum status, Cælius 27. 9.

Theopneusta, physica, syncramatica, addiuinantia, Cælius 27. 15.

Maniæ uirtus, Cælius 13. 33.

De furore, & diuinationibus quæ in uigilia fiunt, Agrippa 1. 60.

De raptu & ecstasi, & uaticinijs quę ijs, qui morbo comitiali & syncopi corripiuntur, & quæ agonizantibus contingunt, Agrippa 3. 50.

De inspiratione diuina, quæ fit in uigilia, Iamblichus Latinus Basil. editionis 227. 23.

Inspiratus uacat ab actione propria, ac Deum habet pro anima, idem 230. 25.

¶ Diuinationum artificiosarum principia unde, Agrippa 1. 52.

Quod diuinatio nulla perfecta sit sine astrologia, Agrippa 2. 53.

Sortilegium & diuinatio, Manipulus florum: & Lumen animæ p. 2. cap. 232.

Diuinatio per dæmones, Vincẽtius Bel Iuac. 3. 3. 28.

¶ *Magia per stellas, & res naturales.*

De planetis, et eorum uarijs nominibus magicis, Agrippa puto.

De planetarum mensulis magicis, &c. Agrippa 2. 22.

Planetis accommodati suffitus, Agrippa 1. 44.
Obseruatio cœlestium in Magia necessaria, Agrippa 2. 29.
Astrologia magica, Agrippa passim libro 1. de occulta philosophia.
De imaginibus mansionum Lunæ, Agrippa 2. 46.
De imaginibus Lunæ & stellarum, Agrippa lib. 2. capitib. 44. 45. 46. 47.
De imaginibus capitis & caudæ draconis lunæ, Agrippa 2. 45.
De Sole & Luna, eorumq; magicis rationibus, Agrippa 2. 32.
De imaginibus Saturni, Agrippa libro 2. cap. 38. Iouis, 39. Martis 40. Solis 41. Veneris 42. Mercurij 43.
De imaginibus facierum, earumq; uirtutibus: atque de his quæ extra Zodiacum sunt imaginibus, Agrippa 2. 37.
De imaginibus stellarum fixarum beheniarum, Agrippa 2. 47.
De obseruationibus quibusdam cœlestibus, & practica quarundam imaginum, Agrippa 2. 50.
Quomodo per res naturales earumq; uirtutes, possumus allicere & attrahere influxus atq; uirtutes corporũ cœlestium, Agrippa 1. 34.
De signaculis & characteribus rerum naturalium, Agrippa 1. 33.
Vide plura Titulo 3.

TITVLVS II. REVELATIONES, VISIONES, SOMNIA.

DE futuris temporibus, Ioachim abbas Calabriæ.
Visio Tundali, Vincentius Belluac. 2. 3. 5. & Io. de Indagine.
De Tundali cuiusdam anima, statum inferorũ explicante fabulosi libelli habentur, Hen. Corn. Agrippa.
Reuelatio S. Brigitę, libellus impressus.
Visio Karoli, Vincentius Belluac. 2. 3. 5.
Anonymi cuiusdã prognostícon ab anno 1484. usq; ad annum circiter 1520. partim ex astronomia, partim ex reuelationibus Sibyllæ, Brigidæ, & Reinhardi Lolhardi, impressum anno 1484. loco non expresso, in parua folio cum uarijs figuris.
Theutonici cuiusdam hominis sancti et prophetæ anno Domini 1096. sub Henrico imperatore, & Vrbano 2. pontifice, iudicium cum tractatibus planetarijs usque ad annum Domini 1762. quo finem sæculi futurum astrologicis coniecturis diuinat, impressum Mediolani 1496. chartis 5. Sed quæ ad prædictiones ex Astrologiam pertinent, collocanda sunt in præcedentis libri Titulo de prognosticis.
De somnio prophetico, Agrippa 3. 51.
De somniorum interpretatione libri 4. Artemidori, Græci: & Latini, Iano Cornario interprete.
De somniorum interpretatione Synesius scripsit Græce.
Senarij oniropolici ex Suida collecti, Ioachimum Camerarium.
Opus de insomnijs Græcum authoris incerti, Venetijs extat apud Hurtadum Mendozzam Cæsareum oratorem.
De insomnijs S. pater Maximus.
Interpretationes somniorum non inelegantes, sed superstitiosas, Germanice manu scriptas uidi, ita ut singulis uersibus singulæ interpretationes cõtineantur. Extat & impressus quidã Germanicus libellus de somniorum interpretatione: Et quidam, si bene memini, Iosephi & Danielis nomine circunferuntur.
Somniorum expositio Vrsonis.
Interpretatio somniorum Ioachimi Ringelbergij.
Vide plura de diuinatione per somnum in physicis.
De uera & Christiana, pphetia, in Theologia dicetur.

TITVLVS III. DE VATIBUS & prophetis in genere primum quædam, deinde singillatim.

DE uaticinio quædam in genere, primo Titulo dicta sunt.
De generibus uatum Iacobus Barinus.
Veterum poëtarum carmen relatũ contra Chaldæos & ariolos: & qua ratione minime sit illis adhibẽda fides: ex senten-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [217] - 100v
PUBLIC DOMAIN

sententia philosophi Phauorini, Crinitus 8. 9.
De mammacuthis & diuinaculorũ fraude, Cælius 17. 4.
De prophetis, Cælius 9. 19.
Prophetæ & interpretes prophetarum, Marsilius 8. 20.
Propheticus esse aliquis sine scientia potest: ꝓpheta uero certò scit quod pronunciat, Proclus in Alcibiadẽ Basil. editionis, 460. 52.
A prophetis multa fiunt miracula, Iamblichus Latinus Basil. editionis, 228. 24.
Quid prophetia proprie, nec non prophetiarum gradus, Cælius 27. 8.
Opera miraculorum & prophetiæ, non aliqua uirtute stellarũ fiunt, sed Dei: Iamblichus 253. 28.
Miracula multa fiunt à prophetis, Iamblichus 228. 24.
De prophetis in Creta, Cælius 13. 25.
¶ Aristarchus cur dictus sit mantis, id est, uates, Cælius 7. 1.
De Mopsi & Calchantis in diuinandi arte certamine, et de Calchantis morte, Leonicen. 3. 63. & itẽrum de Mopso, 2. 72.
Quod pugna belli ciuilis, uictoriaq; Cãi Cæsaris, quam uicit in Pharsalicis campis, nunciata prædictaq; est per cuiusdam Cornelij sacerdotis uaticinium, eodem ipso die in Italia Patauij, Gellius 15. 18.
De Heleno ꝓdente Troiam uaticinijs, Tzetzes 6. 57.
De Manto, Leonicenus 2. 72.
De Herophile ac Sibyllis, Cælius 17. 18.
Sibyllæ unde, Cælius 14. 1.
Sibyllæ cuiusdã prophetia declaratur, apud Antonium de Gueuara epistola 27.
Sibyllas quatuor aut decem fuisse, Cælius 21. 37.
De Sibyllis, Leonicenus 2. 16.
De Sibyllæ oraculo dicente, Viros qui Byzantij pauimentũ habitant, Tzetzes 9. 288.
Sibylla in uocem, Ouidius Metamor. 14.
Sibyllæ oraculum citatum, Politianus 1. 58.
De Pallade & Tiresia, Politianus 1. 80.
De Tiresiæ oraculo, Cælius 8. 16.
De Tiresia, Leonicenus 2. 72.
DE ORACVLIS Deorum gentilium, uide in Metaphysicis in Theologia gentilium.

TITVLVS IIII. DE MIRAculis, signis, prodigijs.

Miracula unde fiant, Iamblichus Latinus 253. 28. Basil. editionis.
Die miraculis infidelium, Ioan. Trithemius.
Quid differant, portentum, signum, tecmerium, symbolum, Tzetzes 7. 152.
De prodigijs, Valerius & Fulgosus, lib. 1. cap. 6. Sabellicus lib. 9. cap. 7. ubi etiam de ostentis, ominibus, præsagijs.
De prodigijs libri 3. Polydori Vergilij.
De futuris prodigijs, Ioan. de Indagine.
Causæ prodigiorum in obitu principis contingentium, Marsilius 11. 19.
Mirificum prodigiũ de fulmine in Natali M. Tullij, & de uiribus fulminũ nonnihil, Crinitus 11. 1.
Thebani quæ prodigia uiderint, cum Alexander aduersus eos exercitum duceret, Aelianus Græcus 58. fol.
Prodigium maximum de agris Vectianis, Crinitus 5. 7.
De eiulatu equorum Achillis, Tzetzes 4. 118.
Aeneæ boues in Ätabirio monte aduersa Rhodo prædicebant, Leonicenus 3. 103.
De ostentis, Sabellicus lib. 9. ca. 8.
Solere futuras calamitates multo ante signis præmonstrari, Alexander 3. 15.
Signa quæ Thebanis apparuerunt, antequam ab Alexandro euerterentur, Aelianus Græcus fol. 58.
De ostentis in obitu principis, Marsilius 11. 17.
Signum quod Dionysio monarchiam indicauit, Aelianus Græcus fol. 56.
Omina, Brusonius 4. 24.
De antistitis Mineruæ barba apud Pedasenses, quæ ingruens malum præ-

ſagiret, Cælius 14. 20.
Ominandi, In tabula ſynonymorũ prouerbiorum Eraſmi, 68.
De ominibus, Valerius et Fulgoſus lib. 1. cap. 5. Sabellicus lib. 9. cap. 9.
De præſagijs, Sabellicus lib. 9. ca. 10.
De oſtento, quod Sylla conſule contigit, & de octo hominum generationibus, Leonicenus 3. 32.
De cœlitus emiſſa uoce ad M. Caddiciũ, Tzetzes 6. 71.
De piſcium & ranarum pluuia, Cælius 24. 3.
Quale ſignum Dionyſio monarchiam indicarit, Aelianus Græcus fol. 56.
Prodigioſus infantis ſermo, Cælius 29. 15.
De Argo fatidica, Cælius 29. 15.

TITVLVS V. DE SVPERSTITIONIBUS QUIBUSDAM.

De libris ſuperſtitioſis falſò inſcriptis, Vide Ioan. Picum contra aſtrologos lib. 1. fol. 117. b.
De ſuperſtitioſa prænotione, Ioã. Fran. Picus.
Ad ſuperſtitionem pertinet, omne ſuperſtitionum genus, de quo hoc & præcedente libro tractatur.
Superſtitiones omnes ex aſtrologia profluxiſſe, Cælius 9. 20.
Obſeruantiæ ſuperſtitioſæ, Vincentius Belluac. 33. (uel 3. 3.) 29.
Superſtitio, Coruinus apophth. Vincentius Belluaceñ. 3. 3. 27.
Superſtitio Athenienſiũ, Aelianus Græcus fol. 30. uar. hiſt.
In quibus membris hominis inſit religio quædam, propter quam illa ſanctè coli debeant et obſeruari, Alexander ab Alex. 2. 19.
Digitorum nomina quibuſdam eſſe amuleti uice, Cælius 17. 12.

TITVLVS VI. DE MAGIA PRIVATIM QUÆDAM, & PRIMUM IN GENERE.

Vide etiam Titulo 1. quædam de Magia priuatim.
Diuinaculorum ſpecies, qui ſpecularij, capnomantes, ſaliatores, palmicum augurium, uaticinia ex piſcibus, de myrica ſcitu digna, item de rhabduchis: diuinatio à quibus contributa, Cælius 7. 29.
De ominatione & magia, id eſt, effectibus aut ſignis mirabilibus in uerbis aut rebus, quorum cauſas non reperimus probabiles. Concludit autem reijciendã eſſe, Cælius Calcagninus in dialogo qui inſcribitur Equitatio.
Contra magos etiam illos qui ſe naturales uocant, Tatianus in libello contra Græcos.
Orpheus in præfatiõe ſuper libello ſu de gemmis, conqueritur quod ſapientes à uulgo magi nomine infamẽtur.
Tres magi dona Chriſto infanti offerũt in Euangelio.
De origine magicæ artis, quando & à quibus cœperit, & à quibus celebrata fuerit, Plinius 36. 1.
Quis primò magicam artem inuenerit, & à quibus celebrata ſit, Polydorus Verg. 1. 23.
Zabulus quidam primus excogitauit illicitas artes magicas.
Magiæ ſpecies eſſe plures, quoq; diſparentur diſcerniculo: item pharmacia quæ intelligatur. Magiæ nomen unde fluxerit. Virgilij locus explicat. Magorum iynges, goctia, epodæ. Libri improbatę lectionis qui: Pyctacola, Cælius 9. 23.
De duobus ceremonialis magiæ admiculis, religione & ſuperſtitione, Agrippa 3. 4.
Antiquæ Magiæ dogmata quędam continentur in libro Aug. Ritij de motu octauæ ſphæræ.
Magiæ compendium Cælij Calcagnini.
De magia quædam Marſilius Ficinus in apologia ſua.
Quid ſit magia, quæ eius partes, & qualem oporteat eſſe magiæ profeſſorẽ, Agrippa 1. 2.
Magicæ artes, Iacobus Magnus in Sophilogio 1. 1. 16.
De magica arte iudicium, Angel. Decembrius parte 67.
De magis, Cælius 17. 25.
Pyrethi magi, & pyrethia ſepta, Cælius 7. 29.

De

De magía relatu non indigna, Cælius 12. 6.
Víde omnia capita Cornelij Agrippæ de occulta philoſophia ſingulis libris præfixa. Nos enim ea ſolum quæ maxíme ad magiã ſpectabant huc retulímus: cætera ſparſim diſtribuímus.
Magica quædam quære in Cabaliſticis: quæ in Theologia cum Iudaícis locum habent.
Magorum ſententia de diuínis rebus, Cælius 19. 17.
Ad Porphyrium epiſtola Abammonis, uel (ut Proclus uult) Iamblichi.
De Magía Aegyptíorum, & qui in ea præſtiterunt, Crínitus 9. 5.
Quod magi Platoni immolarunt, propter abſolutum nouíes nouotarium numerum, Crínitus 24. 1.
Quæ dignificatio requiratur ut quis euadat in uerum magum, & mirandorũ operatorem, Agrippa 3. 3.
Quod unicuiq; homíni impreſſ9 eſt character diuínus, cuius uígore poteſt pertingere ad operandum mirabília, Agrippa 3. 40.
Quomodo ſe diſponere debeat uolens ſuſcípere oracula, Agrippa 3. 53. & per multa ſequentía capita.
De hís quæ extrínſecus adminiſtrata ad expiationem magorum conducunt, Agrippa 3. 57.
De tribus ducíbus religionis, qui nos ad ueritatis ſemitam perducunt, Agrippa 3. 5.
Quomodo hís ducíbus anima humana ſcandit in diuinã naturã, efficiturq; míraculorum effectrix, Agrippa 3. 6.
Neceſſaríam eſſe Mago ueri Dei cognitionem, & quid de Deo ueteres ſenſerunt magi atq; philoſophi, Agrippa 3. 7.
De adorationíbus & uotis, Agrip. 3. 58.
De ſacrificíjs & oblationíbus, eorumq; generibus & modis, Agrippa 3. 59.
De neceſſitate, uírtute, & utilitate religionis, Agrippa 3. 1.
De ſilentio & occultatione eorum quæ ſecreta in religione ſunt, Agrip. 3. 2.
Quomodo paſſiones animi immutant corpus per modum imitationis à ſimilitudine.
Iterum de transformatione ac translatione hominũ, & quas uires uis imaginatiua non ſolũ in corpus, ſed etiã in animam obtineat, Agrippa 1. 64.
Quomodo paſſiones animi etiam operantur extra ſe in corpus alienũ, Agrippa 1. 65.
Quod paſſiones animi plurimũ iuuantur ab opportunitate cœleſti: & q̃ ne ceſſaria ſit in omni opere ípſa animi conſtantia, Agrippa 1. 66.
Quomodo animus humanus poteſt cõiungi cum cœleſtium animis & intelligentijs, atq; ſimul cum illis mirabiles quaſdam uírtutes rebus inferiorí bus imprimere, Agrippa 1. 67.
Quomodo animus noſter poteſt immutare & ligare res inferiores, ad id q̃d deſiderat, Agrippa 1. 68.
De ſermone atq; uírtutibus uerbórum, Agrippa 1. 69.
De uírtute propríorum nominũ, Agrippa 1. 70.
De ſermonibus complexis, & carmínibus, incantamentorumq; uírtutibus & aſtrictionibus, Agrippa 1. 71.
Suſpenſio ſacrorum uerborum ad collum, Vincentius Belluac. 3. 3. 29.
An ſit in uerbís omníno uis ulla: curq; in ſacrís plerunq; Barbaris uterentur uocíbus, Cælius 16. 14.
Remedia ex homine contra magos, Plínius 28. 2.
De uírtute ſcripturæ, & de imprecatiónibus & inſcriptionibus faciendis, Agrippa 1. 73.
Quas imprecatiões & ritus ueteres adhíbere ſolebant ſacrificijs & oblationibus, Agrippa 3. 60.
Quod humanæ imprecationes naturaliter imprímunt ſuas uires in res exteriores. Et quomodo animus humanus per ſingulos dependentiarũ gradus aſcendit in mundum intellígibílem, fitq; ſímilis ſpíritibus & intelligentijs ſublimioribus, Agrippa 2. 60.
De conſecrationibus & earum ratione, Agrippa 3. 62.
Quomodo à triplící mundo magi uírtutes colligant, Agrippa 1. 1.
De uero cœleſtiũ motu in octaua ſphæra obſeruando, Agrippa 2. 34.

De obſeruatione cœleſtiũ, in omni opere magico neceſſaria, Agrippa 2. 29.
De locorũ uirtutibus, & quæ loca cuiq; ſtellarũ correſpondent, Agrip. 1. 48.
De lumine & coloribus, de lychnis & lampadibus, & qui colores quibus ſtellis, domibus & elementis diſtribuantur, Agrippa 1. 49.
Stellarum & planetarum uires in opere magico, Agrippa lib. 2. cap. 30. & 31. 32. 33. 34. & deinceps.
De ſeptem mundi gubernatoribus planetis, eorundemq; uarijs nominibus, magicis ſermonibus deſeruientibus, Agrippa 2. 59.
De planetarum menſulis, earumq; uirtutibus & formulis, & quæ illis præſiciantur, diuina nomina, intelligentiæ & dæmonia, Agrippa 2. 22.
Quomodo res quæq; artificiales, ut imagines et ſigilla ſimilia q;, uirtutem aliquam ſortiantur à corporibus cœleſtibus, Agrippa 2. 35.
De imaginibus quarum figura eſt non ad ſimilitudinem alicuius figuræ cœleſtis, ſed ad ſimilitudinẽ illius quod deſiderat animus operantis, Agrippa 2. 49.
De uirtutibus rerum naturalium ab elementis proxime dependentibus, Agrippa 1. 9.
De uirtutibus rerum occultis, Agrippa 1. 10.
Quomodo uirtutes occultæ infunduntur rerum ſpeciebus ab ideis, per rationes animæ mundi ſtellarumq; radios, & quæ res hac uirtute magis abundant, Agrippa 1. 11.
Quomodo diuerſis indiuiduis, etiã eiuſdem ſpeciei, diuerſæ uirtutes influuntur, Agrippa 1. 12.
Vnde proueniant uirtutes rerum occultæ, Agrippa 1. 13.
De ſpiritu mũdi, quis ſit, & quod ſit uinculum occultarum uirtutum, Agrippa 1. 14.
Quomodo debemus inueſtigare & experiri uirtutes rerum per uiam ſummam à ſimilitudine, Agrippa 1. 15.
Qualiter diuerſarum uirtutũ operationes transfunduntur ab una re in aliã, ut ſibi mutuo cõmunicent, Agrip. 1. 16.
Qualiter per litem & amicitiã uirtutes rerum inueſtigandæ, & experiundæ ſint, Agrippa 1. 17.
De inimicitiarũ inclinationibus, Agrippa 1. 18.
Quomodo inueſtigandæ & experiendę ſunt rerum uirtutes, quæ illis à tota ſpecie inſunt, aut particulari ipſius indiuiduí dono alicui rei ſunt agnatæ, Agrippa 1. 19.
De commixtionibus rerum naturalium ad inuicem, earumq; utilitate, Agrippa 1. 35.
De unione rerum cõmixtarum atq; introductione nobilioris formæ uitæq; ſenſibilis, Agrippa 1. 36.
Quomodo certis quibuſdam præparamentis naturalibus & artificialibus, cœleſtia quædam & uitalia dona deſuper trahimus, Agrippa 1. 37.
Quomodo dona non ſolum cœleſtia & uitalia, uerum etiã intellectualia quædam & diuina deſuper ſuſcipere poſſumus, Agrippa 1. 38.
De numerorũ uiribus in Magia Agrippa lib. 2. ca. 2. & 3. deq; ſcalis numerorum ab unitate ad duodenarium, deq; uarijs numerorum notis apud diuerſas gentes deinceps, &c.
De geometricis figuris atq; corporibus, qua uirtute in magia polleant, & quæ quibus elemẽtis cõueniant atq; cœlo, Agrippa 2. 23.
Muſicæ harmoniæ uires in magia, Agrippa 2. 24. & 25.
De ſono atq; concentu, & unde illis mirabilitas in operando, Agrippa.
De conuenientia ſonorum cum cœleſtibus: & qui concentus quiq; ſoni ſingulis ſtellis reſpõdeant, Agrip. 2. 26.
¶Phylacteria, Cælius 5. 9.
Digitorum magica implexio, Cælius 17. 12.
De certis obſeruationibus, admirandas uirtutes producentibus, Agrip. 1. 51.
De mortuorum reuiuiſcentia, Agrippa 1. 58.
De longæua dormitione, Agrippa 1. 58.
De longa inedia, Agrippa 1. 58.
Quomodo hęc tum ad deum tum ad inferiora numina exhibenda ſunt, Agrippa 3. 61.

Quæ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [221] - 102v
PUBLIC DOMAIN

Quæ dicantur ſacra, quæ conſecrata, et quomodo hæc ſe habeant inter nos atq; díuos, ac de ſacrís temporibus, Agrippa 3. 63.

¶Magorum in Perſide ſapientia, Aelianus Græc. fol. 10.

De magia Dardaní, eiusq; libris è ſepulchro à Democrito erutis, Leonicenus puto.

De magía Druydũ Vergilij carmen expoſitum, Crinitus 10. 6.

De Necepſo rege & philoſopho, eíusq; magice, Crinitus 19. 13.

Vituperatio Neronis Cæſaris, Plínius 11. 30.

Pythagorã fuiſſe magum, Cælius 19. 7.

De Simone mago paucula, qui eſt habítus deus, Cælius 25. 29.

Simon Samarites magus, quomodo in urbe pro Deo habitus ſit, Crinit. 8. 1.

De artibus Symonis, Marcellus.

Libellus magicus Adæ.

Picatrix magia impía.

Magica deliramenta Roberti Anglici.

De magía Cicchus Aſculanus Florentinus.

Cyprianus quidam & Anſelmus Parmẽſis, neſcío quæ magica ſcripſerũt.

Alphonſus rex Caſtellæ ſcripſit quædã goëtica & magica.

Semmaforas magici líbri.

Magici libri Ioan. de Barro Pariſíjs combuſti.

Abrahæ cuiuſdã libellus magicus, goëticus.

Almadel ars magica.

Zoroaſtres, Hermes, Euanthes rex Arabũ, Zacharias Babylonius, Ioſeph Hebræus, Bocus, Aarõ, Zenotenus, Kíranides, Almadal, Thetel, Alchindus, Abel, Ptolemæus, Geber, Zahel, Nazabarus, Thebíth, Berith, Salomon, Aſtaphon, Hipparchus, Alchmeon, Apollonius Tryphon, & plæríq; alíj de naturalís magiæ operíbus ſcripſerunt, quorũ aliqua opera adhuc íntegra, & plæraq; fragmẽta adhuc extãt, & ad manus meas aliquando peruenerunt. Verba ſunt Henrici Cor. Agrippæ in líbro de uanitate ſcientiarum, capite 42.

Plura forſan de Magiæ naturalis ſcripto ribus in phyſicis dicẽtur, circa finem puto.

In iure canonico cum alíj quídam libri prohíbiti, tum alíj etíam, ni fallor, nominantur.

De ſigillis lapídum Euax.

Magicæ gemmarũ uires apud Orpheũ in líbro de lapídibus, & alios quoſdã qui de lapídibus ſcripſerunt.

De mirabílib. mundi liber Alberti Magni: Cur characteres & relíqua magica aliquid efficere poſſint: deínde miros quoſdã particulares effectus enumerat: & uocabula herbarum, animalium & lapídum, Arabice & Græce nominat, ſed corruptiſſime. Idem líbellus aliâs aggregationis ſeu ſecretorum inſcríbitur.

TITVLVS VII. DE MAGIA *quod ad ſpiritus, & necromantiam: item de ueneficiis, &c.*

QVod certis quibuſdã mundí materíjs mundana numina, & horum numinũ miníſtros dæmones allícere poſſumus, Agrippa 1. 39.

De ligationíbus, cuiuſmodí ſunt, & quibus modis ſoleant fieri, Agríp. 1. 40.

De dæmoniaca ſapientia, Hieron. Cardanus libro 4. de ſapientía.

In ſpíritus inuocationes & ímperia hominum, Iamblichus Latin. Baſil. edítionis 273. 31.

De carmine quo euocari ſolebant díj tutelares, et aut urbes aut exercitus deuoueri, Macrobius Satur. 3. 9.

Quis modum effugandí dæmones aut incantationes ediderit, quíbus morbí ſedarentur, Polydorus Verg. 1. 22.

Quomodo allíciantur à nobís boní dæmones, & quomodo malí conuíncantur, Agrippa 3. 32.

De uínculis ſpírituum, eorumq; adiurationíb. & exterminijs, Agríp. 3. 33.

Quibus rationíbus magi & necromantes mortuorum animas ſe poſſe euocare putabant, Agrippa 3. 42.

De Phígalenſium ſacerdotibus animarum euocatorĩbus, Leonícen. 2. 41.

Pſellus de dæmonibus.

De ſpíritibus plura uíde in Theología.

¶Engaſtrímythus, Cælius 12. 2.

Engastrimythi qui sint, & pythones, aut engastritæ, & engastromantes, extra quàm opinatus Hermoleos sit. Iacobæ Rhodiginæ historia: Emaculatur & locus in Canonicis Decretis, Cælius 8. 10.
¶ Veneficia, Index synonymorum proverbiorum in Chiliades Erasmi.
Pharmaceutria, Theocriti Idyllion 2.
Pharmacides icones, Cælius 17. 12.
De lamijs mirum, Cælius 29. 5.
Thestylis uenefica, Idyllio 2. Theocrito.
Cur Cn. Dolobella proconsul ream mulierem ueneficij confitentemq; ad Areopagitas reiecerit, Gellius 12. 7.
Malleus maleficarum, Iacobi Sprenger.
De ueneficijs, eorundemq; potentia, Agrippa 1. 41.
De quorundam ueneficiorum admiranda potentia, Agrippa 1. 42.
Philtra, Theocritus Idyllio 2. De philtris, Agrippa 1. 45.
Magiæ amatoriæ compendium, Cælius Calcagninus.
De suffitibus & earum ratione et potentia, Agrippa 1. 43.
Compositio quorundam suffituum planetis accõmodatorum, Agrip. 1. 44.
De religiosis quibusdam obseruationibus, ceremonijs & ritibus suffituum, unctionum & similium, Agrip. 3. 64.
¶ De sortibus, &c.
Sortilega quædam Alchandrini.
De sortibus uide in iure canonico.
Per sortes diuinatio, Vincent. Belluac. 3. 3. 28.
Sortes, ibidem.
De quibusdam sortilegijs, & saliua hominis ieiuni, Plinius 28. 3.
De sorte, & quando & unde illi diuinationis uirtus contingat, Agrip. 2. 54.
De origine sortium Prænestinarum, Polydorus Verg. 1. 24.
De sortibus Prænestinis, earumq; origine apud Romanos: & quomodo ederentur in templis: ac Liuij locus expositus, Crinitus 22. 3.
Martinus Plantsch de sagis maleficis.
Plura fortè reperies in Theologia, ubi de hæreticis.
Ars reuelationum, ad theurgiam magię partem pertinens, item Paulina ars, ad eandem, Christianis uetitæ, Hen. Cornel. Agrippa de uanitate ca. 46.
Ars notoria ad eandem pertinet, ibidē.
Flores aurei siue commentarij Apollonij cuiusdam in artem Notoriã quæ Salomoni regi adscribitur.
De collyrijs, unctionibus, philtris, eorumq; uirtutibus, Agrippa 1. 45.
De alligationibus, & suspensiõibus physicis, Agrippa 1. 46.
De annulis & eorum compositionibus, Agrippa 1. 47.
¶ De incantationibus epistola Constantini Afri.
Quid magica excantatio, Cælius 7. 7.
De incantamentorum mirabili potentia, Agrippa 1. 72.
Cautum ex 12. tabulis contra eos, qui alienas segetes excantare, & pellicere tentassent, Crinitus 5. 7.
¶ De fascino & præstigijs.
De Thebiorũ fascinatrice natione, Leonicenus 3. 70.
De fascinatione, eiusq; artificio, Agrippa 1. 50.
De his qui fascinare dicuntur, Plutarchus Symp. 5. 7.
De barbararum gentiũ prodigiosis miraculis, deq; diris & exitiosis fascinationibus: & de fœminis uersis repente in mares, Gellius 9. 4.
Telchines uisu omnia mutantes, Ouidius Metam. 7.
De sacro apud Thessalos serpente, & q. modo à saga aliquãdo fuerit interemptus, Leonicenus 1. 82.

TITVLVS VIII. DE DIVInatione augurum, auspicum, aruspicum, & per diuersa animalia.

DE augurijs Hylas citatur à Plinio.
De augurio libri 2. August. Niphi.
De augurijs & manuũ inspectione, Artemidorus.
De haruspicio et augurio, Fr. Petrarcha.
De Hetrusca disciplina scriptores, Tarquitius, Vmbritius, Cecinna, & Iulius Aquila, citantur à Plinio.
De Hetrusca disciplina, & quo studio Romani nobiles ad eam discendam mitterentur, ac uersus ibidem ex 12. tabulis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [223] - 103v
PUBLIC DOMAIN

tabulis additi, Crinitus 10. 7.
Quæ fuerit origo Hetruscæ disciplinæ: ac de Tagete uate, qui è glebis extitit, eiusq; libris diligenter obseruatum, Crinitus 16. 1.
Quid est quod in captandis augurijs sacerdotes prius auspices, nunc augures appellãt, luminaria semper aperta habere uoluerũt, nec operculo imposito claudi: Plutarch. probl. Rom. 72.
Augurium, Vincentius Belluac. 3. 3. 28.
Per auguria diuinatio, ibidem.
De diuinatione auspiciorũ & augurio-rum, Agrippa 1. 53.
Salutis augurium quod sit apud Sueto-nium, Politianus 1. 13.
Oraculum de Romano imperio, ex augurio 12. uulturum, Crinitus 16. 5.
Vetus uaticinium de Romani imperij perseuerantia, ex uulturũ 12. ratione Romulo qui sunt oblati, Cæl. 27. 8.
Cur in augurijs uulture potissimũ utuntur, Plutarchus probl. Rom. 93.
Quid est quod cæteris sacerdotibus, simul ac in iudicium ducti ac damnati sunt, alium substituunt augurem uero, donec uita suppetat, licet maximorum criminum conuictum, sacerdotio non mutant? Plutarchus problem. Rom. 99.
Cur augures si ulcus haberent, inaugurandi causã sedere prohibebantur? Plutarchus problem. Rom. 73.
Qui numerus augurũ, quæue potestas aut ius q̃ndã fuerit, & q̃modo auguria captarent, Alexãder ab Alex. 5. 19.
De diuersis quibusdam animantibus, et alijs rebus, quam in augurijs significationem habeant, Agrippa 1. 54.
De Octauia Augusta, quæ oui augurio in sinu confoti, sexum futuræ prolis prænotauit, Crinitus 11. 5.
¶De auspicijs, Valerius & Fulgosus li. 1. cap. 4.
De auspicijs quædam Gellius, 13. 14.
De studio ueterũ in auspicijs: ac de his auibus quæ ominosæ, ac inauspicatæ haberentur: quæq; oscines aut prępetes dicerentur, Crinitus 2. 15.
De inauspicatis auibus, Plinius 10. 12.
De nominibus auspiciorum apud ueteres; ac de illorum superstitiosis obser-uationibus ex antiquis grammaticis, Crinitus 25. 2.
Quid causæ est q; Metellus pont. max. factus, alioquí prudẽs ac ciuilis, post Sextilem mensem, qui nunc Augustus dicitur, uetuit auspicari, Plutarchus problem. Rom. 37.
Quomodo uerificantur auspicia per lumen sensus naturæ, ac eius experiendæ aliquot regulæ, Agrippa 1. 55.
Ex quibus ueteres captare auspicia solerent, & auspiciorum quæ prospera, quæue piacularia sint, Alexander ab Alex. 5. 13.
Quæ fuerint auspicia, quæ è pullis emissis è cauea captarentur, & quæ secundos euentus, quæue infortunia afferunt, Alexander ab Alex. 1. 29.
Quid est quod auspiciorum, quod sinistrum dicitur, prosperum ac fœcundum putatur, Plutarchus problem. Rom. 78.
Quæ sint aues præpetes, quæ inferæ, Gellius 6. 6.
De origine aruspicinæ artis, Polydorus 1. 24.
Historia narrata de perfidia aruspicum Hetruscorũ, quodq; ob eam rem uersus hic à pueris Romæ urbe tota cantatus est, Malum consilium consultori pessimum est, Gellius 4. 5.
De extis inspiciẽdis quæ, pspera, queue dira sint, & quę boni, quæue mali dæmonis prænuncia, Alexander ab Alex. 5. 24.
De aruspicina fulgurum & fulminum, & quomodo portenta et prodigia interpretandã sint, Agrippa 1. 56.
De fulminitis & fulguritis arboribus: ac de loue fulguratore & tonitruali in libris aruspicum, aliaq; ibidem addita de fulminibus, Crinitus 8. 12.
De uaticinijs per animalia, Iamblichus Latinus Basil. editionis, 315. 35.
De Iamidis & Thrasybulo uate, qui ex cane primus uaticinia cõceperit, Cælius 15. 35.
Augurium canarium, 17. 27. Cælius.
Quę de sue uaticinia cliciant Cyprij, Cęlius 15. 35.
Mures præsagi, Aelianus Græcus uar. hist. fol. 2.

Formicæ præſagæ, ibidem.
De ſaltibus corporis diuinatio Melampodis.
An inter auguria ſternutamenta ſint, et offenſiones pedum, & quę illorũ prædictio fuerit, Alexãder ab Alex. 2. 26.
Sternutamẽtum cenſeri quandoq; ominoſum & inauſpicatũ, Cęlius 24. 27.
De ſternutamento plura ex literis interioribus, ibidem.

TITVLVS IX. DE VATICINIJS per elementa, & alias res inanimatas.

DE Aetnæ crateribus, & illorum augurijs, Leonicenus 2. 49. & de lunonis aqua apud Lacedęmonios, ibid.
De originę necromantiæ, pyromantiæ, aëromantiæ, hydromantiæ, geomantiæ, & chiromantiæ, Polydorus Vergilius 1. 23.
De uaticinijs per aquam & uinum, & apud quos maxime populos clara eſſent, ex Plutarcho & alijs authoribꝰ, Crinitus 21. 3.
De lunonis apud Epidaurios aqua, & quæ ex illis uaticinia capiebant, Leonicenus 1. 30.
Aquæ hauſtu uaticinia cõcipi apud Apollinem Clarium, Cælius 27. 5.
De fatidico fonte Patris Achaiæ, Leonicenus 1. 35.
De Paliſcorum fonte in Sicilia, & de ſolenni iuriſiurandi more, Leonic. 2. 6.
Diuinationem per cribrũ coſcinomantiam uocant.
De lecanomantia ueterum, quomodo et quibus ſacra fieri conſueuit, Leonicenus 6. 11.
De oraculis quæ ederentur in Dodone ex ſonitu peluium, Auſonij poętę carmen de hoc expoſitũ, Crinitus 25. 9.
Quæ diuinatiõis ſpecies habenda ſit capnomantia, & Statij poętæ uerſus allati, & expoſiti ſuper hac uaticinandi ratione, Crinitus 23. 3.
Vaticini cur lauro uterentur, Cæl. 5. 7.
Virgarum apud ueteres uſus eximius in ſacris & uaticinijs. De myrica & rhabduchis, Cælius 7. 29.
De uaticinijs ſideritidis lapidis, Tzetzes 6. 65.

¶ De Geomantia.

De Geomantia ſcripſerunt Hali Rampheſen, Gerardus Cremonẽſis, Tundinus, Bartolemæus Parmenſis.
Sapiẽtia uel geomantia Salomonis.
Aſtrologia cum Geomantia, libellus Ioachimi Ringelbergij.
Pythagoræ geomantica quædam attribuuntur.
De figuris geomanticis, quæ inter imagines & characteres mediæ ſunt, & earundem tabulæ, Agrippa 2. 48.
De characteribus, qui ad cœleſtiũ normam imitationemq; fabricati ſunt, & quomodo ex geomanticis figuris deducantur, cum eorundem tabula, Agrippa 2. 51.
De characteribus, qui à rebus ipſis ſimilitudine quadã abſtrahuntur, Agrippa 2. 52.
De geomantia, hydromantia, aëromantia, pyromantia, ſiue quatuor elementorum diuinationibus, Agrip. 1. 57.
Geomãtia manuſcripta, quæ incipit: In nomine Domini, fac quatuor lineas, &c. Omnem autem ſuperſtitioſa hæc ars uim ſuam habet in pũctis aliquot, aliter atque aliter diſpoſitis, ut

o	o o	o o	
o	o	o o	
o	o	o	
o	o o	o	

Geomantia manuſcripta, cuius initium tale eſt: Imperator ſcripſit ſummo pontifici.
Prologus in artẽ geomantiæ. Cauſa inuentionis huius artis, & quare condita ſit, eſt: quia ars aſtronomiæ difficilis erat ad indicandum ſiue iudicandũ, & tarda: nec in omnibus locis & temporibus licet & poſſumus per eam iudicare ac iudicia facere. Idcirco hæc ars inuenta eſt, quæ non tam difficilis, nec ita tarda eſſe uidetur magiſtro artis & practico. Materiam eius dico ſuperiora & inferiora corpora: formam habet in lineis & figuris, ut in acquiſitione, amiſſione, &c. Finalis eſt, cognoſcere præterita, uidere preſentia, prognoſticare futura. Radix uero conſiſtit in duabus figuris tantum, ſcilicet in paritate & imparitate: Virtus conſiſtit in figuris omnibus habentibus diſparia puncta. Sequentia uero in alijs ſex, Conſideran-

dum

dum est in hac arte de signis, motibus, aspectibus, & quàm pluribus considerationibus generalibus atq; etiam specialibus & proiectionibus. Præterea sciendum quod ad hoc ut uerum & certum iudicium habeatur de geomantia, hæc sunt principaliter attendenda, uidelicet super quo fiat, quomodo, & quo tempore, & qua hora. Et non debet fieri postulantibus in obuiatione, sed diu cogitata, etsi fiat quòd immediate compleatur postquam incepta est. Et quod opus est incipiendum proijciendo puncta, incipiendo ad manum dextram, uersus sinistram, more Hebræorum, &c.

TITVLVS X. DE SVPERstitiosis quibusdam obseruationibus apud gentiles, in actionibus & diebus.

CVr lychnum non extinguebāt, sed per se languescere & deficere permittebant, Plutarch. probl. Rom. 75.

Cur septimōtio uehiculis iunctis uti cauebant, Plutarch. probl. Rom. 69.

Cur lucernam nō extinguere soliti sint ueteres Romani, neq; mēsam sublatā uacuā negligere, Plutarc. Symp. 7. 4.

Qui dies atri, qui fausti, Alexander ab Alex. 4. 20.

De religiosis, id est infaustis & infamibus mensium quorundā diebus, Valturius 7. 1.

Quib. causis Romanus populus atros dies ac luctuosos haberet: ac de minuendo luctu publice & priuatim, Crinitus 19. 12.

Quam ob causam dies primi post Kalendas, uel nonas, uel idus, atri habeantur: & cur diem quoq; quartum ante Kalendas, uel nonas, uel idus, quasi religiosum plærique uitant, Gellius 5. 17. Sed de superstitione circa dies uide etiam in præcedente libro. Nam si propter syderum motum dies tanq; fausti infaustiúe obseruentur, astrologica superstitio est: sin aliter, superstitio simpliciter & huius loci.

Vide etiā libri 8. de Astronomia Tit. 7. ubi de Fastis.

Climactericos annos à Ptolemæo haud quaquam probari, Cælius 21. 2.

Quæ sint fulmina postularia, pestifera, &c. Crinitus 2. 5.

De fulguritis arboribus, Crinitus 2. 5.

De consuetudine antiqua uocandi nominatim tertio, eum qui in peregrina terra obierit, eos qui adhuc supersunt, & in patriā redituros, Ttetzes 5. 14.

Cur eos qui in agro externo diem suum obijsse falsò nūciati sunt, si postea reuerterint, ianua in domum non admittuntur, sed per tegulas ascendentes, intro seipsos demittūt, Plutarch. probl. Rom. 5.

Bouem aratorē cur nō mactarent Athenienses, Aelian. Græcus uar. hist. 30.

Cur quæ de mensa cadebant apud ueteres tollere fas non erat, Leonic. 1. 24.

Cur mensam uacuam tolli non licebat, sed omnino cum aliquid etiā superesset, Plutarch. problem. Rom. 64.

TITVLVS XI. DE PHYsiognomonia, & Chiromantia.

ARistotelis liber Græcus de physiognomonia, & Latinus incerto interprete.

Adamantij sophistæ physiognomonia Græce, & Latine Iano Cornario interprete.

De syllogismo physiognomonico, Aristoteles circa finem priorum Analyticorū, & Martinus Cellarius & alij interpretes.

Physiognomonica multa passim habet Aristot. in libris de historia aīalium.

De principijs physiognomoniæ Bartolomæus Cocles. Eiusdem cōpendium physiognomoniæ, Metoposcopiā tantum continens, uide Tomo 1.

Physiognomoniæ principium unde, Agrippa 1. 52.

De signis naturæ in homine, Antonius Peregrinus Italice scripsit.

Metoposcopiæ principiū unde, Agrippa 1. 52.

Metoposcopi qui, Cælius 3. 25.

Præsagium ex umbilici nodis, Cæl. 4. 5.

De næuis corporis libellus, Polemonis opinor, impressus Romæ cum uaria historia Aeliani.

Pustulas in naso, & ionthos seu uaros, quid signare cōiectarint ueteres, Cælius 24. 26.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [226] - 105r
PUBLIC DOMAIN

De saltibus corporis diuinatio Melampodis.

¶ Chiromantiæ principiũ unde, Agrippa 1. 52.

De origine chiromantiæ, Polydor. 1. 23.

Contra chiromantes, Io. Fr. Picus.

Bartolomæi Coclitis chiromantia magna & parua. Nescio an diuersus sit liber, quem sub eiusdem authoris nomine, De principijs chiromantiæ inscribi reperio.

Andreæ Corui Mirãdulæ chiromantia.

Incerti cuiusdam authoris liber de chiromantia, opera Io. Dryandri excusus Moguntiæ 1541. in 8.

Chiromantiæ liber authore incerto, cũ Tiberij Cesænatis chiromantia.

Tricassi Ceresari chiromantia ex libris Aristotelis & aliorum, Italice edita.

De manuũ inspectione, Artemidorus.

APPENDIX MISCELLAnea de Somnijs.

MVLTI senarij Græci monostichi onirocritici passim apud Suidam leguntur, quos Ioachimus Camerarius collegit, nos hic Latine ꝓponimus alio ordine ut apparet, & sententijs non uerbis redditis: ut cuiuis tanquam in tabula maximam huius superstitionis partẽ intueri, & qualis quantaq́ sit eius stultitia intelligere promptũ sit. Inuenio quædam prorsus in contrarium, alia à similitudine aliqua interpretari.

BONA & auspicata somnia simpliciter: In somnis uidere Astra, Lumina, Carnem albam uel corpus albũ. Fortunata etiã habentur, Cæcitas, Cursus, Vestem albam aut rubram aut regiam ferre, Columnam tenere, In lapide uel muro sedere, Annulos (κίρκους) habere, μητρὶ πλακῆναι.

¶ BONA particularia his somnijs indicantur.

Tonitrua, uerba angelorum.

Equi albi, angelorum apparitio.

Edere cum hostibus, reconciliatio.

Lætitiam & liberationẽ à curis hæc somnia significant, Flere, Mori, Fons limpidus, Vinum è uasis haustum uel effusum, Purgare pedes uel manus, uel totum corpus, Vestis rupta.

Lac placidum ingenium significat: item hostium consilia dissipari.

Gladium confringere, uel serpentes calcare, hostium attritio.

In lateribus incedere, hostium damnum effugere.

MALA simpliciter: Fœtor, Suffiri ab aliquo, Mortuos uidere, Edere dulcia, Tonderi pilos, Vestem nigram ferre, Boues, Equi nigri, Columbæ, Passerem fugientem retinere, Virga fracta, Annulus (κίρκος) à manu pẽdens, In stercore sedere, In foueã demitti, Caro puerorũ nigra, καὶ πᾶσαι μίξεις.

¶ Mala particularia. Nudũ sedere, Aurum habere, Apin tenere, quæ desyderas non effectum iri significant.

Gladius, pugna.

Vinum bibere, imminere diram pugnã.

Leones uidere, item amare, pugnas hostium indicant.

Nix, inimicitiæ hostium.

Clauos habere, idem.

Aqua scaturiens, inimici.

Fluuij profluxus, gaudium hostium.

Canum latratus, damnum ab hostibus.

Vespæ, idem.

Ad montem accedere, uiolentia.

Liberos habere, periculum instans.

Pilorum defluuium, idem.

Tristitiam & mœrorem præsagiunt, Vinum fæculentum, Aquã turbidam bibere, Oua habere uel comedere, Pedes lati. Boues mortui, fames.

Lupus hians, uerba nugacia aut mendacia. Esus ficuum, idem.

Lutum & sordes, animus sordidus.

Mus, ingenium dolosum.

Risus, mores difficiles & morosi.

In cœno nauigare, damnum mentis.

Lactucas edere, morbus.

Vestis purpurea, longus morbus.

Zona dissecta, Pedes abscissi, Lepus, & Pigritia in motu, infortunatum iter indicant.

¶ *Dubia quædam.*

Γῶλον βλέπειν τρέχοντα, μυστικὸν τόδε.

Βότρυς κατέσθειν ὀμβρικὴν δηλοῖ κλύσιν, aliàs λύσιν.

Κλεῖδας κρατεῖν δὲ σύνθεσιν δηλοῖ τρόπων.

¶ Ex

¶ *Ex Græcis uersibus Ioachimi Camerarij.*

Arbores, stellæ, &c. quid significent.
Palmæ & uites fœcundas mulieres denotant.
Poma dulcia, placidum ingeniũ: austera, acerbum.
Flamma ignis, iracundia.
Sol, dominus potens. Luna, domina.
Stella, ciuitas potẽs. Imbres, doctrina.
Nubes capiti ingruens, sapientia.
Piscis, pecuniæ sed non sine labore.
Volatus, migratio.
Defectus solis, mors patris.
Defectus lunæ, mors matris.

¶ *Quæ partes corporis quid designent.*

Caput, renes, pudenda, somniantem ipsum significant.
Humeri & dorsum, uxorem.
Axilla, filias, & nepotes ex eis.
Brachia, fratres.
Manus, pulchros ministros.
Testiculi, filios. Pedes, substantiam.
Viscera, amicos & cognatos.
Iecur, aurum. Cor, uitam.
Alui excrementum, turpe lucrum.
Vrina, genituram. Capilli, ornatum.
Cutis ulcerata, pecuniam.

¶ *Quibus somnijs quatuor humores indicentur.*

Rigari pluuijs uel alijs aquis, pituitæ signum est abundantis. Fulgura, domus ardens, & igniti aëris splendores, bilis flauæ. Atra uero dira spectra, terrores, furias, & tenebras imaginatur. Vbi sanguinis copia est, omnia rubra uidentur. Quicunq; uero humores abundent, laborem, compressionẽ, & grauitatis sensum in somnis pariunt. Bonus coniector, uates optimus.

¶ *Insomnium Hipparchi filij Pisistrati.*

Τλῆθι λέων ἄτλητα μένων τετληότι θυμῷ.
Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.
Hoc est,
Fer animo cõstante leonis instar utcunque intolerabiles casus.
Nullus hominum delicti ultionem effugerit.

¶ *Insomnium Pausaniæ.*

Βαῖνε δίκης ἄσσον μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις. Hoc est,
Iniuriam maximum inter mortales mamalũ, iustitia & uindicta comitatur.

¶ *Insomnium Luculli.*

Τί κνώσσεις μεγάθυμε λέων; νεβροὶ δέ τοι ἐγγύς.
Quid dormis magnanime leo? propè autem sunt hinnuli.

¶ *Sabaci Aegyptiorum regis insomnium, apud Diodorum Siculum lib. 2. de fabulosis antiquorum gestis.*

Visus est ei Deus, qui Thebis colitur, in somno dicere, regnũ suum in Aegyptios neq; felix, neq; diuturnũ fore, nisi sacerdotibus Aegypti omnib. occisis, per media ipsorũ cadauera cum suis transiret. Hoc somnio sæpius oblato, ne cæde inquinaret, relicta Aegypto in Aethiopiam redijt.

¶ Xerxis & Artabani insomnia lege apud Herodotum lib. 7. ubi et hæc Artabani ad Xerxen uerba sunt: Nunc autem cum ad te de sumenda aduersus Græcos expeditiõe ais accessisse insomnium, alicuius dei nutu, quod te uetat dimittere exercitum, hoc nõ res diuina est fili. Insomnia enim ista sunt, quæ adeuntia homines frustrantur, idq; plerũq; ob ea quæ quis per diem mente agitauit.

¶ *Somnium filiæ Polycratis, apud eundem lib. 3.*

Videbatur sibi cernere patrem in aëre sublimem esse, qui à loue quidem lauaretur, à Sole autem inungeretur. Hanc uisionem conspicata, instabat dissuadere patri, ne à patria proficisceretur ad Orœten: ille uero profectus neglecto somnio, cruci ab Orœte suffixus est.

¶ *Cl. Galeni somnium.*

Insomnio admonitus arteriam inter indicem & pollicem secuit, et sanguinẽ emisit donec sponte subsisteret, unde æger diuturno dolore partis, qua iecur septo committitur, liberatus est. Et alius quidam, dei in Pergamo sacerdos, similiter in somnis monitus, arteria in manu secta, longum lateris

dolorem euasit. Vtrũq; scribit Galenus circa finem libri de ratione curandi per phlebotomiam.

¶ *Andragoras ex somnio mortuus, ioco= sum Martialis epigramma.*

Lotus nobiscum est hilaris, cœnauit & idem:
Inuentus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis causam Faustine requiris?
In somnis medicum uiderat Hermocratem.

¶ *Piscator apud Theocritum.*

πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κἀγώ.

¶ De illicitis & impudicis per somnium & insomnia cupiditatibus, lege Platonẽ lib. 9. de rep. statim à principio.

Apud eundem in Timæo hæc ferè uerba de insomnijs leguntur: In profunda quiete somnus contingit, quí breuia quædam insomnia præbet. Et si quæ maiorum motuum relicta sunt uestigia, qualia et qualibus in locis ea fuerint, talia & tãta intus & foris per similitudinem repræsentant, quę iam excitati etiam meminerunt phantasmata.

Idem in Theæteto, somnia & morbos et insaniam, & sensuum uitia ut obaudire, &c. eodem ordine numerat.

¶ *Ex Phauorini Camertis lexico.*

Enypnion Græci ut plurimum ceu substantiuum nomen usurpant, ut Latini insomniũ: aliquãdo aduerbialiter pro insomnis, ut Homerus: ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. Enypnion itẽ propriè dici aiunt illam quæ dormienti contingit imaginationẽ, quæ in uigilante oniros dicat, παρὰ τὸ ὀρίνειν τὴν ψυχήν, id est, ab animi excitatiõe, uel ab εἴρειν quod dicere & nuntiare sit: uel παρὰ τὸ ὄν εἴρειν: uel ab ὀνῶ ꝗd est iuuo.

Oniropolîn est somnium uidere, nõ autem iudicare, apud Homero posteriores: & uel absolute, uel cum accusandi casu profertur: onirottein autẽ gonorrhœa per somnum laborare.

Ὀνείρειαι πύλαι, somni portæ, de quibus poëtæ fabulãtur, quod altera cornea, altera eburnea sit, per quas somnia mittantur. Meminit etiam Vergilius circa finem sexti Aeneidos.

Ὀνειρόπληκτος, somnio territus, uel quí de insomnijs iudicat.

Ὄνειρος dicitur & neutro genere ὄνειρον & τὰ ὀνείρατα.

Ὀνειρώσειν ἐνυπνιάζεσθαι, somniare: ὀνείρωξις, somniorum uisio.

Somnia uersus auroram ueriora sunt utpote concoctis iam cibis, & rationali parte sobria, nec obnubilata à uaporibus ciborum. Finguntur autem ὄνειροι alati, propter Homeri dictum, ὥχετ' ἀποπταμένοις: quare & Euripides terram parentẽ uocat μελανοπτέρυγα ὀνείρων.

Ὕπαρ ueram uisionem significat, παρὰ τὸ ὑπάρχειν, id est, ab existẽdo nimirum: & quæ uigilanti ac interdiu contingit. Hæc Camers.

Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent? Vergil. lib. 4. Aneid.

¶ *Idem circa finem libri 6.*

Sunt geminæ somni portæ: quarum altera fertur
Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
His ibi tum natum Anchises, unaq; Sibyllam
Prosequitur dictis: portaq; emittit eburna.

Vide commentarios Seruij. Transtulit hunc locum Vergilius ex Homeri Odisseæ libro 19. Vide etiam Macrobium in Som. Scipionis lib. 1. cap. 3.

¶ *Vide in Chiliadib. Eras. hæc prouerbia.*

In somnis quæcunq; uidentur.
Somnium. Somnio beatus.
Somnium hybernum. Somnium tuũ tibi narro. Ne per somniũ quidem.
Memini etiam ægroti somnium prouerbiali sensu legisse.

FINIS LIBRI X. DE DIVINATIONE & Magia.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [229] - 106v
PUBLIC DOMAIN

PARTITIONVM VNIVER

SALIVM LIBER XI. DE GEOGRAPHIA.

PAVLO MANVTIO ALDI FILIO, NOBILISSIMO TYPOGRAPHO VENETIIS, CONradus Gesnerus S. D. P.

NON exigua, sed humana laus est, egregiam & utilem uitæ mortalium artem exercere: præ cæteris in ea pollere, diuinum quiddam. Nam cum Deus opt. max. summum & excellentissimũ bonum sit, in quauis re bona, honesta, utili, eminere diuinum iudico. Rursus in una aliqua parte reliquis præstare suis homotechnis, res humanæ conditionis, neq; sua laude non digna est: per omnia uero primas obtinere, ut supra hominis sortem est, ita maximam omnium laudem meretur. Sed quorsum euado? Ad clarissimum felicis memoriæ uirum Aldum Manutiũ, pijssimum patrem tuum, qui primus orbi terrarum optimos quosq; in utraq; lingua libros, & unus plurimos, eosq; castigatissimè, & solus omnium pulcherrimè typis suis excudit. Immortalis hæc eius industria, immortale beneficium cum tota studiorum ætate florebit: nec prius quàm ipsa studia (quod ne unquam fiat, Deus auertat) aboleri poterit. Hamadryades cum arboribus suis, si libet poetis credere, nascuntur & pereunt: sic Manutiæ familiæ decus cum renascentibus studijs ortum, quàm diu philosophia stabit, nunquam uigere desinet.

Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,
Τῇ δέ θ' ἅμα Νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο:
Γασάων δ' ὕπερ ἦγε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα:
Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι:
Ὡς μαλλα χαλκογράφοισι μεταπρέπει ἔξοχος Ἄλδος.

Exemplaria Græca ante patrem tuum aut nulla, ni fallor, aut pauca, nec ea industria typis publicata sunt. Prima huius artis inuentio Germaniæ nostræ adscribitur: sed non minor uirtus est, tueri & perficere rem inuentam, quod Aldo debemus, quàm inuenire. Huius tu patris, humanissime Paule, hæres & successores, non in fortunæ tantum bonis, sed ingenio quoq; & animi uirtutibus, ut fama tua longe lateq; iam diffusa sit. Non solum enim multos optimos libros unus omnium elegantissime procudis: sed ipse etiam tui doctissima ingenij monimenta relinquis, parentis gloriam hac quoq; parte imitatus. Scripsit ille cum alia quædam, tum Latinæ & Græcæ grammatices absolutissimas institutiones: Tu uero Annotata, castigationes & obseruationes in M. T. Ciceronis libros, præcipue philosophicos, quæ ante annos iam aliquot ex Officina tua prodiuere, magna cum laude composuisti. Tanti ergo patris tanto filio, eiq; nobilissimo inter illos (pace aliorum dixerim) quibus diuersos huius Operis libros singillatim nuncupo, partem aliquã eiusdem dedicare suo patrisq; merito debui. Quamuis autẽ plurima Officinæ uestræ præclara sint opera, boni consules tamen in Geographicis duntaxat te prædicari. Quauis enim occasione tui meminisse, & eucharisticum potius quàm dedicatorium in tuum nomen epistoliũ inscribere, quàm ingratus & tui omnino oblitus uideri uolui. Hæc sanè mea opinio est, ut quicquid in commune boni confertur, pro eo singulos etiam gratos esse debere, & quod reipublicę factum est, tanquã sibi factũ interpretari persuasus sim. Patris certe tui munus est, sum̃us in Geographia author Strabo Græcus, cuius etiã solius gratia noster hic libellus hæreditario iure tuus est: quanquam fortassis & alij quidam non uisi mihi huius argumẽti apud te excusi sint libri: qualis est Italicus ille, De itineribus ex urbe Veneta in Persiam, Tanam, & Constantinopolin: & apud patrem Dionysius de situ orbis: Et pictura totius Galliæ & Hispaniæ secundum C. Cæsaris commentarios: cum nominibus locorum, urbiumq; & populorum Galliæ & Hispaniæ, ut olim dicebantur Latine, & hodie lingua uulgari dicuntur, ordine Alphabeti. Pictura pontis in Reno, item Auarici, Alexiæ, Vxelloduni, & Massiliæ, omnia cum C. Iulij Cæsaris commentarijs. Atqui facile mihi polliceor te pro insigni humanitate & eruditione tua, labori meo qualicunq; & expectationi fauoris tui beneuolum esse dignaturum. Quod si feceris, est quod mihi gratuler, & amare te, & Dominũ Deum nostrum cum ad conatus tuos quibus bona studia ornas & auges, tum ad ueram animi pietatem & tranquillitatem subinde propitium tibi precari, officij mei existimem. Vale. Tiguri. Idibus Februarij, Anno Salutis M. D. XLVIII.

t

CATALOGVS LIBRORVM, QVI IN OFFICINA ALDI MANVTII PLAERIQVE omnes intra annum Domini M. D. XXXIIII. Venetijs excusi sunt.

LIBRI GRAECI.

Rotemata Constantini Lascaris Græce & Latine, cum tabula Cebetis, Carminibus Pythagoræ & Phocylidis, &c. In 4.

Thesaurus siue Cornucopiæ dictionum difficilium, & maxime uerborum apud Homerum ex cõmentarijs Eustathij & aliorum grammaticorum ordine literarum. Accedunt & alij Græci libelli ad grammaticæ cognitionem necessarij circiter 16. In fol.

Theodori Gazæ grammatica.

Eiusdem liber de mensibus.

Item Apollonij de constructione lib. 4. In fol.

Lexicon Latinogræcum, cui & alij libelli 16. adijciuntur: ex quibus sunt, Thomæ Magistri, & Phrynichi, & Emanuelis Moschopuli Eclogæ Atticarum dictionum: cæteri sæpe iam in Appendicibus lexicorum Basileæ impressi sunt. In folio.

Theocriti Aegloge.

Hesiodi opera.

Catonis sententiæ Græcæ.

Theognidis sententiæ.

Sententiosi uersus monostichi per locos.

Pythagoræ & Phocylidis carmina, &c. In folio.

Aristophanis comœdiæ 9. cum commentarijs. In fol.

Musæi poema de Herone & Leandro.

Orphei Argonautica, Hymni, & liber de lapidibus. In 8.

Aristotelis opera, quatuor uoluminibus: quibus etiam Theophrasti libri omnes adiunguntur: & Alexandri Aphrodisiensis problemata. In folio.

Commentarij Græci in Aristotelem, singuli in folio.

Ammonius in Prædicamenta: & in librum de enunciatione: cum Magentino in eundem.

Alexander Aphrodis. in primum priorum.

Ioan. Grammaticus & Eustratius in Posteriora.

Alexander Aphrodisiensis in Topica.

Idem in Elenchos.

Simplicius in 8. libros physicorum.

Idem in libros de cœlo.

Ioan. Grammaticus in libros de Generatione & interitu: cum Alexandro Aphrodis. in Meteora.

Themistius in libros de anima. Alexander Aphrodis. in eosdem, cum eiusdem libro de fato.

Simplicius in libros de anima, unà cum Michaële Ephesio in parua naturalia.

Eustrathius in Ethica.

¶ *Alij libri Græci.*

Psalterium Græcum. In 4.

Officium in honorem D. Virginis cum Psalmis pœnitentialibus è Latino in Græcum. In 16.

Epistolarum mille & septuaginta trium uoluminum, quorum authores sunt 40. In 4.

Gregorij Nazianzeni diuersa poemata: cum Latina translatione, inserto Euangelio Ioannis. In 4.

Nonni paraphrasis in Euangelium Ioannis. In 4.

Dioscoridis de materia medica & uenenis libri, cum indice. Accedunt carmina de uiribus quarundam plantarum, in antiquis exemplaribus reperta.

Nicandri Theriaca & Alexipharmaca cum commentarijs.

De ponderibus & mensuris. In 4.

Iulij Pollucis uocabularium. In folio.

Stephanus de urbibus. In folio.

Thucydidis libri 8. In folio.

Herodoti libri 9. In fol.

Luciani omnia. Icones Philostrati 66.

Eiusdem Heroica.

Icones iunioris Philostrati 22.

Enarrationes Callistrati in statuas 14.

Philostrati uitæ sophistarum 58. In folio.

Philostrati de uita Apollonij libri 8. Græci, & Latini Alemano Rhinuccino interprete.

Eusebius contra Hierodem Græce & Latine Zenobio Accidio interprete. In folio.

Sophoclis Tragœdiæ 7. In 8.

Euripidis Tragœdiæ 22. In 8.

Epigrammatum Græcorum libri 7. In 8.

Homeri omnia: cum uita eius ex Plutarcho, Herodoto, & Dione. In 8.

Q. Calabri poetæ Paralipomena Homeri, libris 14. In 8.

Demosthenis orationes. In folio.

Vlpiani commentaria in 18. Demosthenis orationes.

Harpocration de dictionibus rhetorum ordine literarum. In folio.

Plutarchi Moralia. In folio.

Phornutus de natura deorum, cum palæphato de fabulosa historia.

Vita & fabulæ Æsopi Græce & Latine.

Gabrie

Gabriæ fabulæ Græce & Latine.
Heraclides Ponticus de allegorijs apud Homerum.
Orus de hieroglyphis.
Prouerbia per ordinem Alphabeti. In fol.
Liber 12. rhetorum de arte rhetorica. In folio.
In Aphthonij progymnasmata commentarij: item in Hermogenis omnia. In fol.
Theodori Gazæ grammatica.
Georgius Lecapenus de constructione uerborum.
Emanuel Moscopulus de constructione nominum & uerborum.
Idem de accentibus. In 8.
Grammatica Chrysoloræ, cum libro 4. Theodori Gazæ, & sententijs monostichis, Catone, & Erotematibus Guarini. In 8.
Pindarus. Callimachus. Dionysius de situ orbis. Lycophron. In 8.
Isocrates. Alcidamantis, Gorgiæ & Aristidis orationes quædam.
Harpocration de dictionibus Isocratis. In fol.
Æschinis & aliorum 12. rhetorum orationes. In fol.
Platonis opera. In fol.
Suidas. In fol.
Athenæi Symposiaca. In fol.
Hesychij dictionarium. In fol.
Pausaniæ commentarij Græciam describentes. In fol.
Strabo. In fol.
Sacræ scripturæ ueteris nouæq; omnia. In fol.
Artemidorus cum Synesio de interpretatione somniorum. In 8.
Plutarchi illustrium uirorum Græci ac Latini nominis uitæ 49. In fol.
Oppiani de piscibus libri 5. una cum Laurentij Lippij tralatione.
Eiusdem de uenatione libri 4. In 8.
Æschyli tragœdiæ 6. In 8.
Aldi Manutij Rom. Grammaticæ institutiones Græcæ. In 4.
Gregorij Nazianzeni orationes 16. In 8.
Apollonij Rhodij Argonautica cum commentarijs. In 8.
Commentarij in Homeri Iliadem: & Porphyrij duo opuscula. In 8.
Herodiani historiarum libri 8. cum interpretatione Latina Ang. Politian. In 8.
Xenophontis omnia. In fol.
Galeni omnia in quinq; uoluminibus. In fol.
Hippocratis omnia. In fol.
Didymi scholia in Odysseam Homeri. In 8.
Paulus Aegineta. In fol.
Actij medici libri primi 8. In fol.
Xenophontis Paraleipomena.
Commentarij in Thucydidem.
Herodianus.
Plethonis historia. In fol.
Greg. Nazianzeni orationes 9. & Gregorij Nysseni quædam. In 8.

LIBRI LATINI.

Angeli Politiani opera. In fol.
Iulij Firmici & M. Manilij astronomica.
Arati Phænomena, Germanico interprete, cum commentarijs & imaginibus.
In eadem Fragmentum interpretationis Ciceronianæ: et Rufi Festi Auieni Paraphrasis.
Eadem Græce, cum commentarijs Theonis.
Procli sphæra Græce, & Latine Thoma Linacro interprete. In fol.
Nicolai Perotti Cornucopiæ, &c.
Varronis libri de lingua Latina & analogia.
S. Pompeius Festus. Nonius Marcellus. In fol.
Grammaticæ institutiones Aldi. In 4.
Bessarionis Cardinalis libri 4. in calumniatorē Platonis.
Eiusdem liber in quo ex 12 libris Platonis de legibus quàm plurima recitantur, & à Georg. Trapezuntio male uersa esse ostenduntur.
Eiusdem tractatus an natura & ars consulto agant. In folio.
Aristoteles de animalibus.
Theophrastus de plantis.
Problemata Aristotelis & Alexãdri Aphrodisiei Theodoro Gaza interprete. In fol.
Iamblichus de mysterijs.
Proclus in Alcibiadem. Idem de sacrificio et Magia.
Porphyrius de diuinis atq; dæmonibus.
Synesius de somnijs. Psellus de dæmonibus.
Expositio Prisciani & Marsilij in Theophrastum de sensu phantasia & intellectu.
Alcinous de doctrina Platonis.
Speusippus de Platonis definitionibus.
Pythagoræ Carmina aurea & Symbola.
Xenocrates de morte.
Mercurij Trismegisti Pœmander. Eiusdē Asclepius.
Marsilij Ficini de triplici uita libri 3.
Eiusdem libri, De uoluptate, De sole & lumine, De magis: Quòd necessaria sit animi tranquillitas. In fol.
Des. Erasmi Prouerbia. In fol.
Poliphili Hypnerotomachia. In fol.
Lud. Cælij Antiquarum lectionum libri 16. In fol.
M. T. Ciceronis omnia. Formis diuersis.
C. Crispi Sallustij historiæ, & orationes eis adiungi solitæ. In 8.
M. F. Quintilianus. In 4.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [232] - 108r
PUBLIC DOMAIN

Cato, Varro, Columella, Palladius, de re ruſtica.
Georgij Alexandrini enarrationes priſcarum dictionum in eiſdem libris. In 4.
Virgilius. In 8.
Diuerſorum ueterum poetarum in Priapum luſus.
Maronis cataleƈta, Copa, Roſæ, Culex, Diræ, Moretum, & alia quæ falſò Virgilij creduntur.
Argumenta in Virgilij libros, & alia diuerſorum complura. In 8.
P. Ouidij omnia, cum Annotationibus. In 8.
Terentius. In 8.
T. Liuij Decades 3.
L. Flori libri 4.
Polybij hiſtoriarum libri 5. Nicolao Perotto interprete. In 8.
Eiuſdem Liuij omnia accurate denuo impreſſa. In fol.
C. Plinij Secundi epiſtolæ.
Eiuſdem panegyricus, & liber de uiris illuſtribus.
Suetonius Tranquillus de claris grammaticis & rhetoribus.
Iulij Obſequentis prodigiorum liber. In 8.
Catullus, Tibullus, Propertius. In 8.
Lucanus. In 8.
Val. Maximus. In 8.
C. Iulij Cæſaris, & A. Hirtij aut Opij Commentarij de bellis diuerſis: cum picturis quibuſdam: & locorum ac populorum nominibus. In 8.
L. Cælij Lactantij opera cum Tertulliani Apologetico. In 8.
A. Gellij Noctes Atticæ. In 8.
T. Lucretius. In 8.
Neruæ, Traiani, & Adriani Cæſarum uitæ ex Dione, Ge. Merula interprete. Item Aelius Spartianus, Iul. Capitolinus, Lampridius, Fl. Vopiſcus, Trebellius Pollio, Vulcatius Gallicanus, omnes à Ioanne Baptiſta Egnatio caſtigati.
Heliogabali ad meretrices oratio.
Ioan. Bapt. Egnatij de Cæſaribus libri 3.
Eiuſdem in Spartiani Lampridijq; uitas & reliquorum annotationes.
Ariſtidis Smyrnæi oratio de laudibus urbis Romæ, Scipione Carteromacho interprete.
Conflagratio Veſeui montis ex Dione, Georg. Merula interprete. In 8.
Pomponius Mela. Iulius Solinus.
Itinerarium Antonini Auguſti. Vibius Sequeſter.
P. Victor de regionibus urbis Romæ.
Dionyſius Afer de Situ orbis, Priſciano interprete. In 8.
Senecæ tragœdiæ. In 8.
Martialis. In 8.
Dec. Auſonius. In 8.
Statij poemata. In 8.

Io. Iouiniani Pontani opera ſoluta oratione. In 4.
Eiuſdem poemata duobus uoluminibus. In 8.
Poſteriori accedunt, Calpurnij Aeglogæ 7.
Aurelij Nemeſiani Aeglogæ 4.
Strozij poetæ Ferrarienſes, pater & filius. In 8.
Euripidis Hecuba & Iphigenia Def. Eraſmo interprete, &c. In 8.
Luciani opuſcula quædam Def. Eraſmo, & Tho. Moro interpretibus, &c. In 8.
Def. Eraſmi Moria. In 8.
Eiuſdem Querela pacis, & alia opuſcula diuerſa. In 8.
Chriſtophori Longolij perduellionis rei Defenſionis diuæ. In 8.
L. Apuleij opera. In 8.
Q. Curtius. In 8.
Plauti Comœdiæ. In 4.
Gulielmi Budæi libri 5. de aſſe. In 4.
Aſconij Pædiani expoſitio in orationes aliquot Ciceronis: cum Victorini commentarijs in libros de inuentione, & Georg. Trapezuntij in orationem pro Q. Ligario. In 8.
Petrus Alcyonius de exilio. In 4.
Iuſtinus de externis hiſtorijs, cum Aemylio Probo de externis Imperatoribus. In 8.
C. Claudiani opera. In 8.
C. Valerij Flacci Argonautica, cum Ioan. Baptiſtæ Pij carmine ex quarto Argonauticorum Apollonij: & Orphei Argonauticis innominato interprete. In 8.
Silius Italicus de bello Punico. In 8.
Georg. Trapezuntij Rhetoricorum libri 5. His accedunt, Conſulti Chirij Fortunatiani libri 3.
Aquilæ Romani de figuris ſententiarum & elocutionis lib. 1.
P. Rutilij Lupi earundem figurarum è Gorgia lib. 1.
Ariſtotelis rhetoricorum ad Theodecten Georg. Trapezuntio interprete, lib. 1.
Eiuſdem Rhetorica ad Alexandrum, Fr. Philelpho interprete.
Paraphraſis Rhetoricæ Hermogenis, Hilarione monacho Veroneñ. interprete.
Priſciani præexercitamenta ex Hermogene.
Aphthonij progymnaſmata Io. Maria Catanæo interprete. In fol.
Macrobius. In 8.
Priſcianus. In 4.
Sannezarius de partu Virginis, denuo impreſſus & emẽdatus. In 8.
Recognitio Veteris Teſtamenti. In 4.
Quinq; libri quintæ Decadis Liuij. In 8.
Cornelius Celſus cum Q. Sereno. In 4.
Cornelius Tacitus. In 4.
Gratius de Venatione. Ouidius de piſcibus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [233] - 108v
PUBLIC DOMAIN

M. Aur. Olympius Nemesianus de Venatione. In 8.
Laur. Vallæ Elegantiæ. In 4.

¶ ITALICI LIBRI.

Dantes. In 8.
Petrarcha. In 8.
Bembi quædam. In 8.
M. Io. Boccatius. In 8.
Il Cortegiano, del Conte Baldissar Castiglione. In folio. & in 8.
Anthropologia Galeatij Capellæ. In 8.

HAEC omnia ex Aldi patris Officina publicum acceperunt. Filius autem Paulus Manutius quænam excudi curauerit, certum iam non habeo, præter pauca hæc.

Ambrosij Calepini Dictionarium. In fol.
Appendix additionum in idem. In fol.
Annotata propria, castigationes, & obseruationes, in M. Tullij Ciceronis libros, præcipue philosophicos.
Commentarij delle cose de Turchi, di Paulo Giouio & Andrea Gambini, con gli fatti & la uita di Scanderbeg. In 8. anno 1541.
De itineribus ex urbe Veneta in Persiam, Tanam, & Constantinopolin, liber Italicus in 8.
Lexicon Italicum difficiliorum præsertim & rariorum dictionum, quibus Boccatius & alij utuntur. In fol.
M. Antonij Flaminij, si bene memini, explanatio in Psalmos.

TITVLI LIBRI XI.

TITVLVS I. De geographia & cosmographia in genere.
II. De itinerarijs, & alijs quibusdam.
III. De tabulis geographicis & chorographicis.
IIII. De Europa, in genere primum, deinde secundum prouincias.
De Thracia, Macedonia, & finitimis regionibus, & Græcia.
De Italia & Gallia Cisalpina, Roma, &c.
De montibus & aquis Italiæ.
Istria, Illyria.
Hispania.
Gallia, Heluetia.
Germania.
V. De Asia: & primum in genere.
De Asia minore, & finitimis regionibus.
De partibus Asiæ Septentrionem uersis.
De Palæstina & Terra sancta.
De reliquis Asiæ partibus.
VI. De Africa.
VII. De Oceano, & mari mediterraneo, eorumq; partibus & insulis.
De insulis maris mediterranei.
VIII. De nouo orbe, & insulis nostro sæculo repertis.
DVBIA quædam ordine alphabeti digesta.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [234] - 109r
PUBLIC DOMAIN

TITVLVS I. DE GEOGRAPHIA ET COSMOGRAPHIA IN GENERE.

GEOGRAPHORVM quídam hiſtorice ſcripſerunt, ut Strabo, Herodotus, & alij. Sequemur autem eundem ferè ordinẽ in Hiſtoricis quẽ hic in Geographicis, ſecundum terrarum & gentium diuiſiones uidelicet, Europæ, Aſiæ, Africæ, & inſularum: & fortaſſis nonnulla in Geographicis poſita ad hiſtorias aptius referrentur. Qui certius aliquid & plura ſuper aliquo loco cognoſcere uoluerit, hic & in Hiſtoricis de eodem quærat.

Coſmographiam recentiores uocãt, rudimenta Geographiæ præcipue, quæ ab aſtronomia & ſphæricis mutuatur, cœli terræq; diuiſioni cõmunia, de qua nonnihil libro 8. Tit. 4. dictũ eſt: & plura in phyſicis dicentur ubi de cœlo & mundo.

De fontibus quibuſdam & fluuijs, uide in phyſicis ubi de Meteoris.

De his quæ Geographiæ debent adeſſe, Georgius Amirucius.

De inuenienda longitudinis locorũ differentia, aliter quàm per eclipſes Lunæ, & quouis tempore, Orontius Finæus.

Planiſphærium geographicũ, quo tum longitudinis & latitudinis differentiæ, tum directæ locorum deprehenduntur elongationes, Orontij Finæi.

De terræ circuitu Eudoxus, citante Plutarcho.

De terrę ſitu et partitiõe, Io. Boëmus 1. 3.

Digeſtio terrarum in umbras & parallelos plures, Plinius 6. 34.

De terræ dimenſionibus, Ariſtoteles.

Synopſis de menſione & partitione terræ, Io. Chartophylacis.

Miliariorum menſurationis modus, Io. Stabij.

Cl. Ptolemæi Geographia, Græce, Baſileæ excuſa in Officina Frobeniana cũ præfatione Deſ. Eraſmi, quæ operum ipſius Tomo 3. habetur. Tranſlata eſt ab Angelo Florentino, & Io. Nouiomago. Librum primum ſeorſim Bilibaldus & Io. Vuernerus Latinum fecerunt.

Ioannis de Monte regio in Coſmographiam Ptolemæi commentarius.

Ioannis Vuerneri in eandem annotationes impreſſæ Norimbergæ.

Iacobi Ziegleri annotata in eandẽ, nondum impreſſa.

In Coſmographiam Ptolemæi, Nicolai Donis libri 7. Eiuſdem de locis mirandis liber 1.

Geographiæ Ptolemaicæ compendium Fr. Maurolycus promittit.

Geographia Polemonis.

C. Plinij Geographia libris 4. nempe tertio, 4. 5. & 6. Hiſtoriæ naturalis eius, qui inſcribitur, Terræ partium ſitus, gentes, maria, oppida, portus, montes, flumina, menſuræ, populi qui ſunt aut fuerũt. Tertius & quartus Europam, Quintus Africam, Sextus Aſiam deſcribit.

C. Plinij liber ſecundus coſmographiã continet: inſcriptus de mundo, & cœleſtibus, & terreſtribus, & aërijs. In hunc librum commentarios ſcripſerunt Iacobus Zieglerus, Iacobus Milichius, & Georgius Collimicius: Annotationes, Petrus Ioan. Oliuarius: Scholia, Ioachimus Vadianus.

Coſmographicum elementale, quo totius & Aſtronomiæ & Geographiæ rudimenta certiſſimis breuiſſimiſq; docentur apodixibus, excuſum Argentorati 1539. apud Cratonem Mylium.

Coſmographiæ libri 3. Franciſci Maurolyci.

Coſmographiæ libri 5. Orontij Finæi.

Coſmographia integra Petri Apiani.

Ioan. Schoneri coſmographia impreſſa Norimbergæ, ex qua plæraq; ſua tranſumpſit Petrus Apianus in ſua coſmographia.

Franciſci Berlingherij coſmographia: item Ioachimi Ringelbergij.

Coſmographiæ introductio Ioan. Dryandri.

Coſmographiæ rudimenta, ſiue Enchiridion orbis terrarum, & particularis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [235] - 109v
PUBLIC DOMAIN

ris triũ partiũ insularũq; descriptio, Io. Honteri Coronensis libris tribus. Eidem libri carmine eiusdem authoris expressi cum geographicis tabulis elegantissimis Tiguri excusi sunt: & prius Coronæ.

Lanarij. Sericarij. Linteones. Textores. Lanifici & lanificæ. Lanipendiæ. Carminatores. Pannicularij. *Pannitonſores. Flamearij. Sartores. Sagarij. Palliones. Manulearij, qui ueſtes manicatas conficiebant, Plauto: apud quem multa uetera artificum nomina leguntur. Caligarij. Bracarij. Interpolatores. Netrices. Pelliones. Fullones. Infectores. Molochinarij. Violarij. Patagiarij. Limbularij, uel limbolarij. Acupictores. Phrygiones, & qui netum aurum intexunt. Plumarij. Polymitarij. Sarcinatores. Sutores. Alutarij. Coriarij. Cerdones. Calceolarij. Crepidarij. Solearij. Veteramẽtarius, aut ueteramẽtarius ſutor. *Fibularij. Zonarij. Semizonarij. *Artifices ligularum & loculorum. Scenopœus. *Artifices acuum & acicularum.

¶ Loricarij. Artifices telorum, & armorum.

¶ De cibarijs artibus.

Qui ad cibum referuntur artifices, aut capiunt aliquid, aut paſcunt, aut parant, aut uendunt tantum.

Paſtio etſi latius paulò tendi uideat, ut plurimum tamen ad cibos pertinet. Eſt autem alia Ruralis, alia Villatica. Ruralis aut eſt in pecore maiore, ut ſunt boues, aſini, equi: aut minore, ut ſunt oues, capræ, ſues: tertium genus, muli, canes, paſtores. Villatica habet auiaria, leporaria, piſcinas. In auiarijs nutriuntur uel terreſtria, pauones, turdi, columbæ,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [375] - 179v
PUBLIC DOMAIN

columbæ, turtures, gallinæ: uel amphibia, anseres, anates. In leporariis aluntur, uel apri, capreæ, lepores: uel apes, cochleæ, glires. Piscinę pisces habent, uel dulcis aquæ, uel marinæ. Sed pergamus ad alias.

Lactarij. Victimarij. Macellarij. Lanij. Botularij. Allantopolæ. Fartores. Hamiotæ. Piscatores. Salsamentarij. Cetarij. Structores annonæ. Siliginarij. Sitonæ. Dardanarij. Lupinarij. Pistrinarij. Pollintores. Pistores, pinsores olim. Pistor dulciarius. Crustularij. Salgamarij. Lecythopolæ. Pomarij. Ficitores, qui amant uel colligunt ficus. Olitores. Obsopœi. Condimentarij. Structores. Architriclinus. Archimagirus. Cupedinarij. Popinarij, popinarumq; institores. Obsonatores. Vinarij. Cellarius. Caupones. Tabernarij. Hospites. Stabularij.

¶ Corporis curam agunt, ex Politiano: Tonsores, balneatores, pilicrepi, alipili, mediastini, mangones, aliptæ seu pædotribæ, cinistones, arcularij, propolæ, pigmentarij, coronarij, cosmetæ, funerarij, libitinarij, pollinctores, designatores, præficæ.

¶ Medici. Seplasiarij, & medicamentarij omnes.

Medico inseruiunt, herbarius, pharmacopola, coquus, alipta, chirurgo, &c.

Mulomedici, ueterinarij, equarij medici.

¶ Fabri diuersi. Materiarij. Tignarij. Crustarij. Xylurgi. Lapidarij, latomi, lapicidæ, latypi, lithurgi, lithotribæ. Calcarij. Cementarij. Laterarij. Tectores. Imbricarij. Fornacarij. Organarij. Statuarij. Ephippiorū artifices.

¶ Vietores. Doliarij, qui fictilia aut lignea dolia componunt. Figuli. Tornatores. *Arcularij. Capsarij. Sulfuratarij. Lignatores, ἀρυτόμοι. *Lignicidæ, xylocopi. Carbonarij. Funicularij, schœnopœi. Foricarij.

¶ De Mechanicis.

Mechanica proprie dicta liberalis scientia est, & Geometriæ principijs utitur: quanquam ad perficienda opera sua ministris indiget manuarijs. Et pleræq; fabrilitan artes nō illiberales sunt in architectis, hoc est illis qui rerū atq; operū causas et rationes ex philosophia rimantur, manus interim ipsi nō admouēt, sed alijs præcipiunt. Quod qui faciunt, non in ædificijs tantum, licet hic proprie, sed omnibus alijs artibus architecti uocant.

¶ *Mechanicæ proprie & per excellentiam dictæ diuisio in partes quinq; ex Angeli Politiani Panepistemone.*

Mechanicæ (ut Heron Pappusq; declarant) altera pars rationalis est, quæ numerorum mensurarum, syderum, naturæq; rationibus perficitur: sed hæc nihil ad artes opificum.

Altera Chirurgice, cui uel maxime artes illæ, æraria, ædificatoria, materiaria, picturaq; administriculantur. Huius partes sunt 5.

1. Manganaria, per quam pondera immania minima ui tolluntur in altum.

2. Mechanopœetice, quę facile aquas antlijs extrahit.

3. Organopœetice, quæ bellis accommoda instrumenta fabricatur, arietes, testudines, turres ambulatorias, helepoles, sambucas, exostras, tollenones, & quæcunq; Græco uocabulo poliorcetica uocantur, tormentorumq; uaria genera, quæ libris Athenæi, Bitonis, Heronis, Pappi, Philonis, Apollodoriq; cōtinentur, ut Latinos omiserim.

4. Mox & quæ Thaumaturgice dicitur: Cuius exempla sunt hydraulica organa, quęq; per se uentorum flatu resonant, & quod uas dicæometron uocabant, & quod uoces auium uariarū exprimit: & siphones extinguendis incendijs: & pilæ sponte saltantes, & alia innumera. Hæc igitur aut ponderibus utitur & spiritu, quorum præponderatio mouet, æquilibriū sistit, sicuti etiam Timæus definit: aut neruis et funiculis animatos quasi tractus ac motus imitatur, aut circa illa quæ subnatent aquis, aut item circa aquarum uertitur horologia. Quorum quidem generum primum docet in Pneumaticis Heron: alterū idem in automatis & zygijs: quartum rursus in Hydrijs: tertium uero in Ochumenis Archimedes.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [376] - 180r
PUBLIC DOMAIN

5. Est in eadē Mechanicæ serie, quæ Centrobarica pars dicitur, ex qua reliquæ pendere dicuntur: & Sphæropœia, qualis illa Archimedea Claudiani laudata uersibus. Suppeditat eadē Architecturæ quoque scansorias, tractiles, & spiritales machinas. Hæc ex Politiano. Nunc artes reliquas percurramus.

¶ Aurifices. Inauratores. Vascularij. Bractearij. Aerarij. Ferrarij. * Claustrarius Perotto, alijs faber serarius. * Stanni fusores. Χονευταί. Serrarij fabri. Automatarij. Vitrearij. Gemmarij.

¶ *De his qui onera gestant, uehiculis, nauibus, iumentis, corpore suo.*

Vectores. Plaustrarij. Vehicularij. Cisarij. Aurigæ uel aurigarij. Carpentarij fabri sunt, qui carpenta cōficiunt. Gubernatores. Remiges. Epibatę, qui nauibus uehuntur milites. Pausarij. Proretæ. Naucleri. Helciarij. Nautę. Nauicularij. Ratiarij. Portitores. Veterinarij, qui dossuarijs iumentis onera imponunt. Ancalidophori. Antletæ. Baiuli. Baiuli cum mulis Marianis.

¶ Mansuefactarij, uel Mansuetarij.

¶ *De ministris reipublicæ.*

Notarij. Pragmatici. Scriniarij. A secretis. Exceptores. A commentarijs, Commentarienses. Ab actis. A memoria. A libellis. Subadiuuæ. A rationibus. Calculatores. Ab epistolis. Scribæ: Cancellarius scriba à Fl. Vopisco dictus est. A quæstionibus. Nomenclatores uel nomenculatores. Veredarij. Præcones. Vigiles. Custodes. Coactores. Quæstores. Aediles. Monetales. Monetarij. A punctis, qui præest redditui aquariorum, Calepin.

¶ * Chartarum lusoriarum & tesserarum artifices. Bibliopolæ. Chartularij, uel chartarij. Librarij.

¶ *Mercatores & negotiatores diuersi.*

Institores omnes. Argentarij (numularij in Biblijs) trapezitæ, campsores Calepino sine authore. Proxenetæ. Fribolarij, grytopolæ. Scrutarij, qui scrutariam faciunt. Venalitiarij, aliâs uenalitij, mangones. Agyrtę, et omnis forensis turba, circumforanei. Mendici. Canalicolæ, forenses homines pauperes dicti sunt, quod circa canales fori consisterent, Festus.

¶ *De seruilibus quibusdam.*

A manu, uel manibus, uel à manu serui. A pedibus, cursores. A uoluptatibus. A studijs. Tabellarij, tabelliões, gram̄atophori. Vrinatores. Armiger. A pugione. Lixa. Aquarioli. Muliones. Agasones. Stratores. Ianitores.

¶ Nugatorij artifices, ut petauristæ, circulatores: funiambuli uel funipei, uel neurobatæ: tichobatæ: pilarij, &c.

DE ARTIBVS ILLITERATIS FINIS.

PARTITIONVM VNIVERSALIVM LIBER XIIII. DE NATVrali Philosophia.

HVMANISSIMO VIRO IOANNI HERVAGIO TYPOGRAPHO CELEBERrimo Basileæ, Conradus Gesnerus S. D. P.

VNIVERSA quidem philosophia in magno hominum neglectu posita, appetitur quàm paucissimis (ut ueterem querelam & seculis hactenus omnibus cõmunem repetam) tum uero maxime ea sui parte deserta iacet, qua longius ab usu uulgari quæstuq; digressa, ad rerum causas & principia exploranda tanquam in excelsa seorsim specula, caput inter nubila condit. Complures dialecticæ & rhetoricæ studiorum candidati reperiuntur, quòd illa ad nullam non professionem utilia sint, & populo se accommodent: pauci morum & reipublicæ institutiones ex philosophiæ fontibus imbibunt: pauciores Naturæ primordia, progressus, effectus, in cœlo, elementis, meteoris, lapidibus, metallis, plantis & animalibus admirantur: paucissimi supra naturam animis euecti, primam & sacram sapientiam μετὰ τὰ φυσικὰ, serio colunt. Hinc est nimirum, quòd cum in cæteris studijs, quorũ maior usus in populo & stipendia pinguiora sperantur, abunde librorum extet, perpauci in Physicis ac similibus excudantur. Vix enim unus aut alter est, post Græcos Aristotelis interpretes, qui laude dignũ aliquid in hunc usq; diem, quod quidem in lucem prodierit, tot iam seculis ediderit. Solus nuper Georgius Agricola, magnum Germaniæ decus, de metallis libros eruditissimos edidit. Plantarum quidem historiam non pauci nostra ætate excoluerunt: sed ita plærique, ut medicè magis quàm physicè scripserint. Ruellius duntaxat multa physicæ considerationis, primo præcipue sui operis libro edocuit. Verum ut hac in parte, quæ posterior est, & ad particularia descendit, ita in plærisq; alijs physici medicis possessione sua cessisse uidentur, & uetus rerum naturæ intra suos limites consideratio tantùm non desijsse. Quo magis laudandi sunt hodie, qui illã uelut postliminio reuocatã, suis sedibus restituunt: & non particularia tantũ, quæ procul iam à methodo euagantur, sed ipsam à primordijs scientiã tractant, & imis gradibus relictis arcẽ conscendunt: inter quos primas, meo iudicio, Iacobus Schegkius hodie obtinet, uir magnæ doctrinæ, & philosophi nomine cum paucis hoc tempore dignus. Et quoniam tu Lucubrationes aliquot Physicas huius authoris publicas fecisti, uidelicet Commentarios in octo libros Acroamatum Aristotelis, & in tres libros de Anima, & in eosdem Græcas enarratiunculas ex prolixis Simplicij commentarijs desumptas: æquissimam huius Opellæ nostræ in nomen tuum inscriptionem, nec tibi ingratam fore existimaui. Reliquorum etiam ex officina tua librorum, quos multos & optimos Græce Latineq; multis iam annis excudisti, iustum catalogum hic annexerem, si omnes memoria cõplecterer. Quos memini igitur in præsentia (reliquos enim passim in primo Bibliothecæ nostræ Tomo, ex tua natos officina non tacui) ordine aliquo enumerabo, primum qui ad artes & philosophiam pertinent: deinde historicos & poëticos, postremo theologicos. Sunt autem isti:

¶ Michaelis Humelbergij Grammatica Græca.
Demosthenis opera Græca cum Græcis Vlpiani commentarijs.
Antonij Bernardi Mirandulani institutio in uniuersam logicam, & Commentarius in eandem, & Apologiæ libri 4.
C. Iulij Higinij poëticon astronomicon. Euclides Græce & Latine.
Macrobius ex emendatione Ioachimi Camerarij.
Ioannis Boccarij Genealogia cum annotationibus Iacobi Micylli.
L. Annei Senecæ opera. M. Tul. Ciceronis opera, Tomis 4.
Philippi Melanchthonis opera. Iacobus Schegkius in Acroamata & libros 3. de anima.
Eiusdem Græcæ enarratiunculæ ex Simplicio in libros de anima.
¶ Thucydides Græce: & scholia Græca in eundem.
Procopij, Agathiæ, Arerini, & Iornandis historiæ.
T. Liuius. L. Florus, cum S. Ruffo.
M. Antonij Sabellici Enneades & Exempla cum D. Gasparis Hedionis Corollario.
Pauli Constantini. Phrygionis Chronica regnorum omnium ab orbe condito.
Vitichindi de rebus gestis Saxonum, & Henrici primi, & Ottonis 1. aliorumq; succedentium imperatorum, libri 3. Aeneæ Syluij historia Bohemica.
¶ Homeri Ilias & Odyssea Græce cum scholijs.
Euripidis Tragœdiæ Græcæ: & Scholia Græca in earundem aliquot seorsim.
P. Vergilij opera (ni fallor) cum commentarijs. Plautus, ni fallor.
P. Ouidij omnia cum commentarijs. Martialis cum scholijs Iacobi Micylli.

I

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [378] - 181r
PUBLIC DOMAIN

Epigrammata Græca Ioachimi Camerarij, Micylli, & antiqua quædam collecta.
¶ Cl. Galeni opera Græca ex Heruagij, Bebelij, & Crarandri officinis.
¶ Septuaginta Græce, longe quàm antehac emendatiores.
Epiphanius Græce. Cyrilli opera, Latine.
Chrysostomi commentarij in D. Pauli epistolas, Latine.
M. Bucceri Enarrationes perpetuæ in Euangelia.
Eiusdem translatio & commentarius in Sophoniam.
Vuolfgangi Musculi Dusani Commentarij in Euangeliũ Matthæi: & alij in Ioannem, copiosi utriq; & doctissimi magno passim applausu excepti.
Hæc & alia plura, quæ uel solus, uel cum alijs, aut per alios impensis tuis uolumina studiosis exhibuisti, humanissime Heruagi, uel tacente me laudes tuas ubiq; concelebrant: ego hæc non tam ut tua tibi extollerem, quàm ut præconis uice fungerer, & emporium honestissimas merces tuas indicarem, ut potui commemorare uolui. Tu uoluntati nostræ fauebis, & bona studia bono animo iuuare perges: ita tibi propitius & benignus sit Dominus. Vale. Tiguri, octauo calendas Maij, 1549.

TITVLI LIBRI XIIII.

TITVLVS I. De naturali philosophia in genere: & quinam authores omnes eius partes scriptis illustrauerint, siue libris proprijs, siue cõmentarijs aut compendijs in omnia aut pleraq; Aristotelis physica editis: & peculiariter de prima huius sapientiæ parte, quæ libris Acroamatum octo apud Aristotelẽ continetur.

II. De cœlo & mundo in uniuersum: & priuatim de stellis ac planetis.

III. De quatuor elementis, & pertinentibus ad ea.

IIII. De generatione & corruptione: & elementorum qualitatibus primis: ac temporum differentijs, ut quatuor anni partibus.

V. De Meteoris, & elementorum quibusdam effectibus & facultatibus.

VI. Qui scripserint de naturis rerum omnium naturalium perfecte mixtarum: id est, de lapidibus, metallis, plantis, & animalibus. Et primum de Lapidibus ac gemmis.

VII. De metallis, et similibus, quæ mineralia uocã.

VIII. De plantis: cuius pars altera est de arboribus.

IX. De anima, in partes aliquot diuisus secundum diuersos sensus, & alias animæ facultates.

X. De his quæ uocant Parua naturalia apud Aristotelem, primum in genere: deinde priuatim de somno & insomnijs, memoria & reminiscentia, uita & morte, iuuentute, senectute, & respiratione.

XI. De animalibus.

XII. De magia naturali, & miraculis.

TITVLVS

TITVLVS I. DE NATVRALI PHILOSOPHIA IN GENERE: ET QVINAM AVTHORES, omnes eius partes scriptis illustrauerint, siue libris proprijs, siue commentarijs aut compendijs in omnia aut plærag Aristotelis Physica editis: & peculiariter de prima huius sapientiæ parte, quæ libris Acroamatum octo apud Aristotelem continetur.

IVPITER Physicꝰ qui, Cælius 21. 1.

Aurũ esse sapientiã, argentũ uero naturaliũ notitiã, Cælius 7. 24.

Cur Physicen spreuerit Ptolemæus, Cælius 26. 14.

De naturalis philosophiæ libris opportunis: nec non de ueterum cõmentatoribus suscipiẽdis, Ang. Decemb. 1. 7.

Encomiũ philosophiæ naturalis, Io. Loniceri: & in præfatione Themistij in Paraphrasin suã in 8. libros Physicorum Aristotelis, & Simplicij in Commentarios suos, idẽ utrisqꝫ, ut alter ab altero mutuatus, ꝓ suo usurpauerit.

Fran. Caballi de numero & ordine Physicorum librorũ Aristotelis sententiã posuimus Tomo 1. fol. 85. b.

Aristotelis Philosophia naturalis undequaqꝫ absoluta, cuius librorũ omniũ argumẽta Tom. 1. copiose exposuimꝰ.

¶ Philosophia naturalis Alberti Magni.

Burlei in Aristot. de natura cõmentarij.

Commentarij Conradi Summerhart in Physica Aristotelis.

In eadem scripserunt, Gaietanus, Gratia dei, Guido Perpinianus, Io. Canonicus, & Henricus Gandensis.

Io. Eccius scripsit cõmentarios in Aristotelis libros 8. Phisicorũ, De cœlo, De generatione et corrupt. De meteoris, De anima, De sensu et sensato, De memoria et reminiscentia, De somno et uigilia, De longitudine & breuitate uitæ.

Io. de Ianduno, commentarij in eadem. Item Ioan. de Lapide explanatio.

Marsilij in Physica commentarij. Item Martini Polichij, & Pauli Veneti in 8. libros Aristotelis.

Eiusdem Summa de naturalibus.

Strodus quidam in Aristotelem cõmentarios scripsit.

In Aristotelis libros omnes, Thomæ Aquinatis commentarij.

¶ In Physica Aristotelis plærag, Paraphrasis Themistij, ab Hermolao Barbaro Latinitate donata.

Iac. Fabri Stapulensis in Physica Paraphrasin Fr. Vatablus recognouit, & Iod. Clichthoueus scholijs exposuit.

Io. Velcurionis Physicorũ lib. 4. ad Aristotelis Physicorũ methodũ cõpositi.

Hieronymꝰ Vuildenbergius scripsit Epitomen, octo Physicorum, De cœlo 4. De generatione & Meteororũ 4. De anima, 3.

In Aristotelis Physicorũ libros omnes argumenta copiosa tanquã Compendia, Raph. Volaterrani libro 38.

¶ Compendium scientiæ naturalis ex Aristotele per Hermolaum Barbarũ.

Elementorum Physiologię libri 4. Ioan. Monhemij.

Francisci Titelmanni Physicorum libri 12. siue Compendium naturalis Philosophiæ.

Simonis Brosserij philosophiæ naturalis Epitome, cum commentarijs Hieronymi Rupei.

Thomæ Bricot Compendium librorum Aristotelis: aliâs, Textus abbreuiatus Aristotelis sup naturali philosophia, nempe in libros de cœlo, de generatione & corruptione, de meteoris, de anima, & Parua naturalia usqꝫ ad librum de longitudine & breuitate uitæ inclusiue.

¶ *De commentarijs & compendijs in 8. libros physicorum Aristotelis.*

Aristotelis physicorũ, siue Acroamatũ, id est, naturalis auscultationis libri 8. Quorum priores quatuor seorsim de principijs inscribunt, posteriores de motu.

Simplicij commentarij Greci in Acroa-

matum libros 8. et Latini, Lucillo Phi laltheo interprete.

Eudemi commentarij in libros de Physi co auditu.

Alexandrum Aphrodisiensem & Am monium, in libros Physicorum scri psisse testatur Augustinus Niphus.

In libros 4. de naturali auscultatione Io. Grãmatici, cõmentarij Græci, & Lati ni Guilhelmo Dorotheo interprete.

Aristotelis Physicorũ expositio per Mi chaëlem Psellum.

Themistij Paraphrasis in Naturalẽ au scultationem. Extat & alia quædã au thoris incerti Græce apud Diegũ Hur tadũ Cæsaris hoc tempore oratorem Romæ.

Aristotelis Physica cũ prefatione et scho lijs usq; ad 4. librũ, nescio cuius scho liastæ, Græce extant Romæ in Vati cana Biblioth.

¶Iacobi Schegkij commentarij doctissi mi in 8. libros Physicorum.

Aristotelis Physicorũ libri 8. cũ transla tione antiqua, & Ioã. Argyropyli, & cũ expositionib. Thomæ Aquinatis. His accedunt, Quæstiones de formis, Index, & Sũma Ruperti Linconiẽ. super 8. libris. Volumen excusum Venetijs 1506. in fol.

Alber. Magnus in Aristotelis Physica.

Aug. Niphus Arist. physicorũ libros trã stulit, simul et cõmentarijs illustrauit.

Hildegardis in 4. libros Physicorum.

Io. Versor super 8. libris Physicorũ, bar bare.

¶Iodoci Clichthouei in Introductionẽ Iacobi Fabri super 8. libris Physicorũ commentarij.

Iacobi Schekkij Compendium doctissi mũ in Acroamata Aristotelis, cuius capita Tomo primo posuimus.

Textus abbreuiatus super 8. libris Phy sicorum Aristotelis per Thomam Bri cot, cum continuatione Textus M. Georgij, & Quæstionibus eiusdem, Opus barbarum. Physicorum acroa matum compendiũ per Io. Lonicerũ.

Summam totius philosophiæ naturalis Metrochites quidam Græce edidit.

Physiologiæ libri 4. Ge. Vallæ.

Medulla philosophiæ naturalis & medi cinæ per Symphorianũ Camperium.

Philosophiæ naturalis Summa M. Ro dolphi, stilo barbaro.

¶ *Qui extra Aristotelem Physica quædam huius generis scripserint.*

Physica Io. Fœnisecæ.

Alexandri Traiani Aphorismi 322. in naturali philosophia.

Plutarchi de Placitis philosophorũ phy sicis præcipue libri quinq; Græci, & Latini G. Budæo interprete. Capita eorum simul omnia proponuntur in Basiliensi editiõe Frobeniana Græca operum Plutarchi. Nos ea excripta suis quæq; locis digessimus.

De physiologia liber Mercurij Sancho niathon.

In T. Lucretij poëtæ libros cõmentarij Io. Baptistę Pij, & Petri Aponi. Nouil lorũ q̃q; capita, quę uulgatis editioñ. apponi solent, huic operi inseruimus.

Honorius scripsit clauem physicæ siue de naturis rerum.

De philosophia naturali, & naturalibus rebus Vincentius Belluacensis libro 16. Speculi Doctrinalis.

Naturale speculũ Vincentij Belluacen sis, libris 33.

Historiæ naturales Isidori.

De naturis rerum qui scripserint, uide infra Titulo 6.

Naturæ historia Io. Rauisij Textoris.

De physicis differẽtijs & dubitationib. Theophylactus Simocatus Græ.

Lumen animę authoris incerti liber, pl rima habet physica. Vide Appendi cem Tomi 1. in Matthia Farinatore.

De pomo liber Aristotelis ad naturalem philosophiam pertinet.

¶ *De natura, causis & principijs, necessitate, fortuna, fato.*

Quid sit natura, Plutarchus de Placitis 1. 1. & de natura, 1. 30.

De natura, Brusonius 4. 23. Gellius 13. 1. Manipulus florũ, & Octauianus Mi rand. ex poëtis.

De natura & uno, Plotinus. Sed huiusmodi forte ad Metaphysica pertine bant; à quibus totam hanc de principijs doctrinã physici mutuari uidẽt.

De diuisione naturæ, Io. Scotus moñ.

Naturam

Naturam esse duplicem, Cælius 26. 12.
De uniuersali natura, Rabanus Fuldensis.
Pulcherrima descriptio de naturæ ordine ac potestate ex Bardesane Syrio, ac Pacuuij carmen allatum de re consimili, Crinitus 13. 1.
Cur naturam dixerit iustam Hippocrates, Cælius 3. 21.
In quo differant principium & elementum, Plutarchus de Placit. 1. 2.
De principijs & causis naturalibus, Nicephorus Blemmides.
Causæ, Octauian. Mirand.
De causis, Hieronymus Hangest, & liber Proculi.
De causa continente Iacobi Schekkij libellus: De eadē Leonardus Fuchsius, & alij quidam medici: & Galenus in libro contra Iulianum.
Causam finalem ignorans, omnem ignorat, Proclus in Alcibiadem, Basil. editionis 434. 38.
De naturis rerum exordialium, Heliodorus.
De causa agente ac suspiciente, Cælius 10. 20.
De materia & forma, Aristot. lib. 1. Physicorum: & de reliquis causis lib. 2.
De causa uel essentia uniuersi, libellus Iosephi: uel (ut aliqui uolunt) Caij cuiusdam presbyteri Romani.
De principijs rerum iuxta Mosen contra philosophos, Theodoretus lib. 2.
De principijs Physicis, Plutarchus de Placit. 1. 3.
De principijs naturæ, Thom. Aquinas.
De materia prima, dialogus Gerardi de Marbays.
De materiæ primæ appetitu, Ioan. Fr. Picus.
De materia & forma, Ge. Gemistus. Vide etiam infra in Theologia, ubi de creatione, ab initio Geneseos.
Forma corporea diuiditur & mouetur ab alia, Marsilius Fic. 2. 20. Vide in Metaphysicis.
De eo quod nos in eodem non consistamus, subinde fluente substantia, Plutarch. Symp. 9. 11.
De nihilo, unde omnia creata sunt, Caroli Bouilli liber; & eiusdem Epitome per epistolam: & rursus per Hecatodiam.
Nullam rem gigni è nihilo, sed è certis omnia principijs fieri, Lucr. 1.
Nullam rem ad nihilū interimi, sed quædam esse æterna corpora, in quæ omnia dissoluantur, Lucr. 1.
Chaos in 4. elementa, Ouidius Metam.
Chaos quid, Cælius 25. 16. (lib. 1.
De unitate formæ, Albertus Magnus.
Non ideo prima corpora neganda, quia uideri nō possint, cum multa alia sint in rebus corpora, quæ itidem uideri nequeant, Lucretius lib. 1.
Ea corpora, quæ rerum sunt primordia, solida atq; æterna esse, Ibidem.
Prima corpora uario & assiduo motu et gignere, & resoluere res omnes, Lucretius libro 2.
Prima corpora maxima celeritate moueri, Ibidem. Plura uide inferius ubi de Elementis Tit. 3.
Quid sit illud Timæi mundum constare ex mente ac necessitate, Cælius 1. 5.
De necessitate, Plutarch. de Plac. 1. 25.
De substantia necessitatis, Ibid. 1. 26.
Octauian. Mirand. et Brusoni 9 4. 26.
De necessitate deorū, Iamblichus, Basil. editionis 193. 11.
In Ciceronem de fato, Geor. Valla.
De futuris contingentibus Aristot. de Enunciat.
De fato, Gregorius Nyssenus, Plotinus, Plutarchus, Alexāder Aphrodisieñ.
De prouidentia, Aelianus.
De fortuna & fato, Cælius 10. 20.
Fortuna, Doletus Tomo 2.
Accidere, Ibidem.
De fortuna, Plutarch. de Placitis, 1. 29. Vide etiam in Ethicis, proxime ante diuitias & paupertatem.

¶ *De motu, loco, uacuo, infinito, tempore.*

De motu Aristoteles Physicorum lib. 3. & deinceps: & Plutarch. de Placitis, 1. 23.
Motus, Octauianus Mirand.
Elementa mouentur mobiliter, cœlestes sphæræ mouentur stabiliter, animæ stant mobiliter, angeli stant stabiliter, Deus est ipse status, Marsilius lib. 2. epist. 19.

Naturalis cuiuſcq; ſpeciei motus, quia certo agitur ordine, ideo à certo quodam principio ad certum finem dirigi & prouenire cognoſcitur, Marſilius 2. 2.

Motus actiui & paſſiui, Cælius 3. 21.

De motu theoremata Procli trãslata per Iuſtum Velſium.

De circulari motu, Plotinus.

Humores omnes motu frigeſcunt præter mare, Plutarchus cauſ. natural. 8. Vide in Dialectica Laur. Vallæ.

Motu ignem excitari, Pontanus de ſtellis lib. 1.

De motu mentis, Marſilius epiſtolarum lib. 2. ca. 5. 6. 7. Sed de animæ motu infra dicetur, in Titulo de anima.

De primo motore Helias Creteñ. Plura uide in Metaphyſicis.

Incorporea non pati, Plotinus.

¶ De natura loci, Thomas Aquinas.

De loco, Plutarchus in Placitis 1. 19. & περὶ χώρας 1. 20.

Quibus modis aliquid dicatur locale, uel circumſcriptibile, Lombardus 1. 37.

An ſpiritus ſint locales & circumſcripti biles, Ibidem.

Quod Deus eſt ubiq; ſine locali motu, Ibidem.

Deus nec loco, nec tempore mouetur, Ibidem.

¶ De inani, Plutarchus de Placitis 1. 18. Vacuum an alicubi, Ibidem 2. 9.

De uacuo, Pandulphus Cellenutius in dialogo de bombarda.

Vacuum in mundo eſſe nequit. Vtrum uiſus ſine aëre intermedio poſſit perfici. An extra mundum poſſit eſſe uacuum, Cælius 1. 7.

Quomodo dicat Plato, antipiſtaſin motus, quoniam nullũ uſquã ſit uacuũ, cauſam eſſe eius quod accidit circa medicinales cucurbitulas, & deglutionis, & ponderum proiectionis, & fluxionis aquarum, & fulminum, & apparentis circa ſuccinum & magnetem tractionis, & ſonorũ concentus, Plutarch. Platonicarũ quæſtionũ 6.

Præter corpora inane in rebus eſſe, Lucretius lib. 1.

Nihil per ſe eſſe in rerum natura, preter inane & corpora, cætera omnia aut his coniuncta, aut horum eſſe euenta, Ibidem.

Infinitum eſſe in omnes partes ſpatiũ, atq; infinita in eo ſemper moueri corpora, Lucret. lib. 1.

De infinito, Ariſtoteles Phyſicorũ lib. 3. Iaco. Scherrius lib. 1. cap. 6. Compendij ſui.

De ſectione corporum, Plutarchus de Placit. 1. 16.

De lineis phyſicis, Rupertus Linconienſis.

De tempore, Ariſtotel. lib. Phyſicorum: Iaco. Schekkius lib. 1. ca. ultimo Compendij phyſici, Plutarchus de Placit. 1. 21.

De eſſentia temporis, Ibidem 1. 22.

De tempore, Doletus Tomo 1. Bruſonius 6. 26. Octauian. Mirandula. Prileg. Græ. lib. 1. ſect. 90.

Tempus deſcribitur, quod uelociſſimũ, omnia producat, conſumat, mutet, Ge. Maior ex poëtis.

De Alexandro prætercurrente tempus, & temporis à Lyſippo in ſtatua formatione, Tzetzes 10. 322. Vide in Chiliadibus Eraſmi, Noſce tempus.

De iis qui nugantur, temporis effigiem uitæ eſſe effigiem & non temporis, Tzetzes 10. 323.

De hoc, Tempus præteritum etiam Deo reparare impoſſibile, Tzetz. 10. 324.

De tempore & occaſione, Raph. Volaterranus lib. 31.

Tempus ſiue temporale, Lumen animæ par. 2. ca. 245.

Quid ſit mutari ſecundũ tempus, Lombardus 1. 37.

Deum tempore non moueri, Ibidem.

De inſtantibus, Thomas Aquinas.

Inſtans tempus an dicatur futurum, Cælius 9. 15.

Temporalia, Octauian. Mirand.

Aeuitas quid in 12. tabulis, Crinit. 8. 13.

De æternitate & tempore, Plotinus.

Aeuiternus & æuinteger, Crinit. 12. 13.

De tẽpore liber & tabula Ioachimi Ringelbergij. Sed temporis partiũ diuiſionẽ ſupra in Aſtronomia require; & infra Tit. 4. libri huius.

Deus nec loco, nec tempore mouetur, Lombardus 1. 37.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [383] - 183v
PUBLIC DOMAIN

TITVLVS II. DE COELO & mundo in uniuersum: & priuatim de ſtellis ac planetis.

¶ Qui integros libros de mundo ſcripſerint, &c.

ARiſtotelis de cœlo & mũdo libri 4. Græci, & Latini Io. Argyropylo interprete. Argumẽta in ſingulos libros, uide Tomo 1.

In eoſdem commentarij Græci Alexandri Aphrod. Simplicij, quos Guilhelmus Morbetus Latinitate donauit.

In eoſdem Cõmentarij Alberti Magni, Thomæ de Vio Gaietani, Io. de Ianduno, & Auguſtini Niphi: qui textũ quoq; tranſtulit.

Albertucij quęſtiones in libros de cœlo.

De cœlo & mundo quæſtiones Ioannis Verſoris.

De cœlo Io. Damiani libri 2.

Geneſius Sepulueda, ſuper Ariſtotelem de mundo.

Vide ſuperius qui in omnes aut plærosq; Ariſtotelis Phyſicorum libros ſcripſerint.

De mundo Ariſtotelis liber ad Alexandrum, quem Latinitate donauerunt, Guil. Budæus, Petrus Alcyonius, & Andreas à Lacuna.

In eundẽ cõmentarij Simonis Grynæi.

De mũdo liber Ariſtotelis an Theophraſti, Cælius Rhod. paginis 305. 415. 571. 682.

Philon Iudæus de mundo Græce, & Latine Guil. Budæo interprete.

Cleomedis de mundo librum Græcum, Geor. Valla Latinum fecit.

C. Plinij Secundi liber ſecundus inſcribitur De mundo & cœleſtibus, & terreſtribus & aërijs.

An finitus ſit mundus, & an unus, Plinius 2. 1. & Ariſtot. lib. 1. de cœlo.

De forma mundi, Plinius 2. 2.

De motu eius 2. 3.

Cur mundus dicatur, 2. 4.

Totum etiã Plinij opus, quod libris 37. conſtat, Hiſtoria mundi inſcribitur.

Mundus qualis ſit: Numen quoddã: Aeternus, immenſus, ingenitus, incorruptibilis: Mundi extera indagare mens humana non poteſt: Mundus ſacer: Certus, incerto tamen ſimilis: Cuncta complexus in ſe: Mundum naturam rerum eſſe: Mundi menſura noſci non poteſt ab homine: Mundi infiniti ſecundum quoſdam. Hæc omnia diuerſis locis libro ſecundo apud Plinium enarrantur, quos Plinianus index indicabit.

Auerroys de ſubſtantia mundi: aliãs Deſtructiones deſtructionũ contra Algazelem: quarum capita recenſuimus Tomo 1. fol. 100. b.

¶ Quæ ſequuntur de mundo, tractantur in Cælij Rhod. antiquis lectionib. Numeri paginas Baſilieñ. editionis denotant.

Mundana muſica, 317. Mundus an egeat alimento, 22. An per uacuũ agitetur, 15. Mundus corporis genitor, ut animi Deus, 382. Cur Lunæ appellatione ſignificetur, 767. Decas Pythagoricis cur, 862. Mundus inenarrabile Dei opus, 4. Mundus inferorum nomine à ueteribus ſignificari ſolitus, 220. 221. Mundus, magnus homo, 56. Mundus quartus, homo, Ibidem. Mundus, malorum congeries, 4. Naturæ ſimulachrum 35. Platoni Deus, 5. Quare à Deo factus, 12. Mundus quid, Ibidem. Quo anni tẽpore creatus, 15. Mundus tanquam reſp. & templum Dei, 35. Vnde dictus, 13. Mundi anima, 24. 199. 611. 930. 931. 770. Mundi cardinũ ſtellæ, 59. Mundi colores tres, 31. Figura 21. Mundi initia unde ducta iuxta Pythagoreos, 562. Mundi innumerabiles Origeni, 56. Tres, 55. Mundi motus, 293. Mũdi pars ſupra lunã, mutationis expers, 5. Partes & latera, 17. Primordia eius an demõſtrari queant, 16. Principia eius tria, 12. Mundi pulchritudo unde colligatur, 14. Pars eius ſuperior & inferior quæ, 20. Mundi ſymbolum ſerpens caudã præmordens, 1170. Extra mundum an corpus eſſe poſſit, 15. Mundum conſtare mente et neceſſitate, 12. Mundum continens natura quibus nominibus cenſeatur, 12. Mundũ eſſe finitum, 30. Vnum eſſe, 15. Mundum nec ſoles duos, nec duo regna pati, 927. & 928. Mundum ſentire, 29. Supra mundum tres principes theologis pri-

scis, 244. In mundo pulchra fieri non mirum, 14.

¶ *Quæ de mundo Plutarchus scribat libro 2. de Placitis philosophorum. Numeris capita denotantur.*

De mũdo 1. De figura eius, 2. An sit animatus, 3. An incorruptibilis, 4. Vnde alatur, 5. De ordine mundi eius partium situ, 7. Quam ob causam inclinetur, 8.

¶ *Quæ Plato de mundo scripserit. Numeri paginas Græcæ Basilieñ. editionis designant.*

Mundus, 121.161.314.326.636. Mundus superior, 640. Foris læuis, 478. Mundus deus, ibidem, & 501. Animæ et cogitationis particeps animal, 477. Animal perfectum, 478. Senectæ & morbi expers, Ibidem. Vnus, Ibidem. Orbicularis, Ibidem. Vtrum ingenitus, 477. Mundi generatio, 484. Pro prijssimum eius principiũ, 477. Mundi gubernatio, 161. Per Saturnum, 121. Per Iouem, 122. Mundi motus, 478. Exemplar, 477. Corpus ex quatuor, 478. Anima eius, Ibidem. Animam esse quæ toti mundo prouideat, 608. Vnum esse, non plures, 487.

Marsilius Fic. de uita mũdi, in Apologia ubi de astrologia & medicina agit.

Mundum hunc & similes alios innumerabiles in infinito spacio, non à deis, sed fortuito primorum corporũ concursu, & genitos & interituros esse: atq; adeò iam senem esse hunc mundum, Lucretius lib. 2. circa finem.

Mundi partes non posse deorum sedes esse, Lucretius libro 5.

Mundum non esse à deis hominum causa constitutum, Lucretius Ibidem.

De mundi creatione, uide Genesin in Bibliis, & authores qui in Hexameron scripserunt.

Terram, mare, cœlum, lumen, solem, & cæteras mundi partes, qui mortales putat, non putare deos mortales esse, cum illæ non sint dij, Lucretius lib. 5.

Et natum & interiturum esse mundum, Lucretius ibidem.

Ingenitum & incorruptibilẽ esse, Ocellus ab initio libri sui de uniuerso, & Aristotel. lib. 1. de cœlo: & in Acroamatis, &c.

Aristotelis argumenta ponit Iacob. Schekkius Compendij sui libro 2. & mox eadem refutat.

De corruptione mundi Stoicorũ & aliorum sententiæ, in Philonis Iudæi libro de mundo.

In ignem omnia reuoluenda secundum Orpheum, Marsilius lib. 8. epist. 64.

Mundi imminutio & corruptio, Aelianus in Varijs Græ. fol. 38.

Contra Aristotelem de æternitate mundi, Io. Ferrerius Pedemontanus.

Mundum quidem esse æternum: cæterũ inde non posse separari perpetuũ gloriæ ac famæ apud posteros: quando mundo ipso manente, ea quæ in ipso sunt, uicissitudine quadam nunc occidant, nunc rursus oriantur. Macrob. in Somn. 2. 10.

Quibus argumentis uideri possit mundum non esse æternum, Ibidem.

Zachariæ dialogus Ammonius, aut philosophus, aut de mundi æternitate.

Procli epicheremata, quibus mundum æternum astruit.

Eorundem destructio per Ioannem Philoponum.

De æternitate mũdi Thomas Aquinas.

Leonardi Nugaroli Protonotarij apostolici, de æternitate mundi liber.

¶ *De cœlo, eius substantia, uiribus, concentu, significatione, &c.*

Cœlum, Octauian. Mirand. Vide supra ab initio huius Tituli, de cœlo & mundo.

Cœlestis rei dictiones, Doletus Tom. 2.

De cœlestibus, Iamblichus Basil. editio, 195. 14.

Quid cœlũ, anima, Deus, angelus, Marsilius Fic. 2. 82.

De cœlo, & quæ eius substantia, Plutarchus de Placit. 2. 11.

De materia cœli contra Auerroym, Aegidius Romanus.

De cœli creatione, materia, figura, uide in Theologia super Genesin.

Cœlum aut est uita quædam uisibilis, aut natura uitæ proxima, Marsilius Fic. 2. 74.

Cœlum

Cœlum est forma sine materia, ut nonnullis placet, Marsilius 2. 71.
An cœlum sit igneum, Cælius 24. 14.
Cœlum esse ignem in quo tria sint, calor, lumen, uitalis humor, Cæl. 24. 15.
In cœlis & stellis q̃modo elementa sint, Agrippa 1. 8.
De natura quintæ essentiæ, Chalcidius.
Corpus quintũ præter quatuor elementa, Ge. Gemistus.
De quinta essentia ad uniuersum orbẽ disponendum atq; absoluendum: ibidemq; Mercurij Aegyptij uerba relata: & Vergilij carmẽ expositum, Crinitus 6. 12.
Quintum corpus nec grauitatem habere, nec leuitatem: Cœlũ esse absq; materia, Cælius 1. 12.
Origenis opinio de corpusculis ætereis atq; aëreis, Cælius 2. 15.
Vergilij locus de Olympo omnipotente, Cælius lib. 20. ca. 13.
Quid ætheris nomine intelligendũ, Cælius Rhod. pag. 26. & alibi, uide Indicem eius.
Belus quid, Cælius lib. 1. ca. 6.
Cœlum quis furnum dixerit, homines autem carbones, Cælius 24. 11.
Cœlum esse picturatum, & cur dictum sit ouum, Cælius 1. 6.
Dignitas cœli ex historia, item ex physicis rationibus. In cœlo esse trinitatis mysterium; Cur dicatur ὐρανός: Si staret cœlum, nihil moueretur: Si calor cœlestis deficiat, nullibi erit calor uel frigus, Cælius 1. 20.
Cœlum an sit animatum, ex Peripateticorum doctrina. Item quæ sint in eo dextra & sinistra, antica, postica, superna, inferna, Cælius 1. 12.
Cœlestia corpora an sint animata, Georgius Gemistus.
De anima cœli, Paulus Ritius.
Quid de animab. cœlestibus nostri sentiant theologi, Corn. Agrippa 3. 15.
De cœlestibus uel cœlorum animabus, Idem lib. 2. cap. 55. 56. 57. 58.
De nominibus animarum cœlestiũ, eorundemq; dominio in hunc inferiorẽ mundum uidelicet hominem, Corn. Agrippa 2. 58.
Virtutes cœlestes quomodo moueant suas sphęras, extrinsecus uidelicet eis adiunctæ, non autem insitæ corpori earum, Iacob. Schekkius Compendij sui lib. 2. cap. 7.
Mundum, sphęras, stellas, sentire, ac preces exaudire: Sphæram maximã esse mundi oculum, Cælius 1. 19.
An sint in cœlo colores ex Peripatetica schola, an item calor, Cælius Rhod. paginis, 27. 32. 931. 932.
De cœli coloribus, Plinius 2. 27.
De flamma cœli, Plinius 2. 28.
An bestiæ cœlestia uenerentur, Cælius 7. 25.
Cœlestia qui primum adorarint, Cælius 22. 2.
Cœlestia an uiuant, Ibidem.
Lux in cœlo, Marsilius Fic. 2. 81.
Differentia cis in cœlo atq; in elementis apud Platonicos ac Peripateticos, Marsil. Fic. 2. 75.
Cœleste lumen lumine cœlesti perspicitur, supercœleste supercœlesti, Marsil. 2. 63.
Lumen esse cœlestium uirtutum uehiculum, Cælius 20. 5.
Risus cœli ex luminum gaudio proficiscens, id est, lumen omnia fouet atq; delectat, Marsil. Fic. 2. 108.
De cœlestium corporum ad species incorporeas uicinitate, Iamblichus Basil. edit, 199. 15. & 16.
Dei lumen in ardore empyrei cœli refulget, Marsil. Fic. 2. 46.
In cœlũ tertium quomodo ascendatur, Marsilius 2. 30. & per sequentia sex capita.
Per quas cœli plagas animæ ascendunt atq; descendunt, Marsil. 10. 31. & Porphyrius in Quæstionib. Homericis.
De cœli sectione, & in quot circulos secetur, Plutarch. de Placit. 2. 12.
De 11. circulis cœlum ambientibus, Macrob. in Somn. 10. 15.
In cœlo easdẽ inesse zonas, quæ insunt terræ: atq; causam huius diuersitatis esse solem, qui ut accessu suo causa caloris est, ita recessu frigus inducit, Macrob. in Som. 2. 7.
Cœlum & terram quinq; distingui zonis, Ouidius lib. 1. Metam.
An cœlestia nutriantur: Cardinum cœ-

li distinctio ac potestas, Cælius 1. 13.
Quot sint omnino sphæræ cœlestes, Cælius 1. 14.
De motu cœli, Pontanus lib. 4. de stellis. Hæc fortè in Astronomia dicenda erant: sed ea ab hac Physices parte emanat. Vide in Astronomia Tit. 3. par. 3.
Cœlum stare, terram moueri, commentum Cælij Calcagnini.
Elementa mobiliter, cœlestes sphæræ stabiliter mouentur, Marsil. 2. 18.
Cœlum cur semper & in orbem moueatur, Macrob. in Somn. 1. 17.
Quo sensu summus Deus uocet, Ibidē.
Cur cœlum moueatur ab Oriente in Occasum, Cælius 1. 12.
De septem intelligentijs orbes mouentibus, Ioan. Trittenhemius.
Cœlorum concentus, Cælius 1. 19.
Concentum quendam effici motu cœlestium corporum, & quomodo ratio eius concentus à Pythagora sit deprehensa, Macrob. in Somn. lib. 2. cap. 1. & 2. & 3.
Quî fiat ut inter sonos cœlestis illius cōcentus, alius acutior sit, alius grauior: Quodnam ibi melodiæ sit genus: Et cur sonus ille à nobis non audiatur, Macrob. in Somn. 2. 4.
¶ De Tarsensibus populis, & cœli potestate, Crinitus 1. 6.
De influentia cœlesti, Corn. Agrippa, 1. 11.
De influentijs cœlorum, Cl. Cælestino.
Quomodo superni influxus cū sint natura boni, in istis inferioribus depraeuentur, & malorum causæ efficiantur, Corn. Agrippa 3. 39.
Quomodo res inferiores subsunt corporibus cœlestibus, & quomodo humanum corpus, ipsaq; hominum exercitia & mores, stellis atq; signis distribuantur, Agrippa 1. 22. & in sequentibus aliquot capitibus de cœli influentia.
An cœlum initialis sit generationis causa, Cælius 1. 18.
De proprietatibus cœli in locis, Plinius 2. 64.
Superiorum uniuscuiusq; proprietates, Iamblichus Basil. edit. 177. 2.
Cœlum non efficere religionem, sed forte significare, itidem alias res multas, Marsilius Fic. lib. 7. epistola 19. & 22. & 23.
Multa per cœlum significantur, quæ nō fiunt à cœlo, Marsilius 7. 23.
Per harmoniam in cœlo regnantem superi reliqua harmonice cuncta contemperāt, Proclus in Alcibiad. Basil. edit. 433. 37.

¶ *Pars 2. De stellis, & planetis.*

De stellis quod ad Phænomena, & stellarum nomina, uide supra in libro de Astronomia, Tit. 3.
De luminarium creatione, Lombardus 2. 14.
De mundo, astris, Plinius lib. 2.
Astra unde dicantur, Cælius 1. 21.
Asteriace, Cælius 1. 15.
Stellæ quibus è principijs constent, Pontanus lib. 1. de stellis.
Quæ stellarum substantia & quomodo compositæ sint, Plutarchus de Placitis, 2. 13.
De stellarum formis, Ibidem 14. Ordine & situ, Ibidem 15. Vectatione & motu, 16. Vnde illuminentur, 17.
De sole, luna, astris, Io. Damianus lib. 2.
Solem stellasq; non esse igneas, Cælius lib. 24. cap. 16. & 17.
Terram esse stellam unam ex Pythagora, Cælius 1. 4.
De stellarum animis, mundum, sphæras, stellas, sentire ac preces audire, Cælius 1. 19.
Origenis placita de stellarum animis: quas intelligi oporteat Neptuni stellas uel Iouis, Cælius 1. 19.
Quî fiat ut quædam stellæ *nunquam* à nobis uideantur, et *quanta stellarum* omnium magnitudo, Macrobius in Somn. 1. 16.
Animâbus stellas mouentibus Platonici flores, & terræ arborumq; fructus sacrificant, Marsilius 8. 22.
Solem, lunam, & cæteras stellas, ea esse magnitudine, qua nobis uidentur, Lucretius lib. 5.
De syderū generatione & motu, Ibid.
Ecquid stellæ, quas fixas uocant, suo etiam proprioq; motu agantur, Macrobius

crobius in Somn. 1. 17.
Falso Epicurum opinari, astra cum oriantur, accendi: cum occidant, extingui, Cælius 24. 13.
An probabile sit labi è cœlo stellas, Cælius 11. 5.
Syderum radijs in terræ centro incendium excitari, Cælius 15. 16.
¶ Planetarum potestas maior sit an fixarum stellarum: quæ in utrisq; nominũ & in motu diuersitatis ratio: Chaldæorum placita de planetis, item dijs consiliarijs: Planetæ pisces, item in re militari: Sol & Luna an inter planetas: De planetis ꝙq; plura, Cæl. 1. 16.
Obseruandas esse regiones terræ, & situm planetarũ, Pontan. Meteor. 10.
Quid ita humana species credatur, tum Solaris, tum Mercurialis, Cælius 3. 5.
Apologia in librum suum de Sole & lumine, Marsilij Ficini.
De substãtia Solis, magnitudine, forma, solstitio, & bruma, & deliquio, Plutarchus de Placit. lib. 2. cap. 20. 21. 22.
Pro Sole Mithra deus apud Persas colitur, Crinitus 5. 14.
Solis descriptio, & cur dicat Phaëthon, Cælius 24. 12.
Peripateticæ rationes Solẽ stellasq; non esse igneas, Cælius li. 24. ca. 16. & 17.
Quæ Solis potestas, & quare salsum mare, Plinius 2. 103.
Sol ut calefaciat, Georgius Gemistius.
An fatendum sit Solem calere, Cælius 24. 14.
Qua ratione cum paruus admodum sit Sol, tantum tamen emittat lumen, Lucretius libro 5.
Solis magnitudinẽ non recte metiri Epicurum argumento oculorum.
Sol oriens & occidens cur maior uideatur & remotior, Cælius 24. 12.
Cur à nobis longius abeat Sol, Cæl. 20. 5.
Diuitum liberaliũ domos dici Solis mensam: de Solis ortu, deq; solstitiali herba & morbo, Cælius 29. 4.
Apollo unde dicatur, Ibidem.
De Apolline, &c. plura uide infra in Theologia ethnicorum.
Cur Sol mundi oculus, & cur Theæ filius dicatur, Cælius 15. 1.
Solem non esse adorandum tanquam rerum omnium authorem, Marsil. 12. 2.
Solis ad Deum Orphica cõparatio, Marsilius 6. 43.
Solem esse inuisibilis filij Dei uisibilem imaginem, Cælius 13. 22.
Sol imago uicariusq; Dei, Marsil. Fic. 12. 16.
Cõparatio Solis ad Deum, Marsil. 6. 43.
Cur Deo summo Solem simílem dicat Plato, Cælius 22. 1.
Soles duos, neq; item duo regna patitur mundus, Cælius 24. 11.
Leo Solis symbolum, Cælius 13. 8.
De Solis bobus & copria, Cælius 26. 17.
Soli cur dicentur boues, Cælius 12. 1.
Solis currus descriptio, Ouidius lib. 2. Metamorph.
Equorum Solis nomina, Ibidem.
Solem & Lunam maxime imperare elementis, Pontanus de Meteor. 2.
¶ De Lunæ substantia, Plutarch. de Placit. lib. 2. cap. 25. Magnitudine, ca. 26. Forma, 27. Illuminatione, ca. 28. Deliquio, ca. 29. Quam speciem præbeat, & cur terrea uideatur, ca. 30. De intercapedine eius quam à Sole distat, ca. 31.
De Lunari ratione, Plinius 18. 32.
Pontani liber de Luna, imperfectus.
Cur Luna maculosa, Cælius 1. 15.
Cur Luna non eundem præferat schematismum: An item à planetis illustretur uti à Sole, Cælius 20. 5.
De Lunari lumine, cur Selene: & de Diana plura, Ibidem.
Sententia triplex de Lunari lumine: quibus probetur rationibus Lunam repercussu lucem non propagare, Cælius 20. 4.
An lunaribus radijs effici possit iris, Cælius 22. 27.
Lunam humectare non arefacere, Cælius 20. 3.
Quæ potestas Lunæ & terrena & marina, Plinius 2. 102.
De natura Lunæ, Idem 2. 104.
De ijs quę habere sympathiam uidentur cum Luna augescente ac senescente, Gellius 20. 7.
An credibile sit silentem Lunam aliquid in nos agere, Cælius 20. 32.
Numina sub Luna antiqui gentiles dæ-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [388] - 186r
PUBLIC DOMAIN

mones uocabant, Marsil. Ficin. 8. 23.
¶Quomodo cognoscendũ quibus stellis res naturales subsunt, atq; quæ res sunt Solares, Agrippa lib. 1. de occ. phil. ca. 23. Quæ res Lunæ subsunt, 1. 24. Quæ Saturno, 1. 25. Quæ Iouialia sint 1. 26. Quæ Martẽ referant, 1. 27. Quæ sint Venerea, 1. 28. Quæ sequantʳ Mercuriũ, 1. 29.

TITVLVS III. DE ELEMENtis in genere primum: deinde singillatim de igne, aëre, aqua & terra.

DE elementis Io. Fr. Picus, et Io. Diurius lib. 2. aphoris. ca. 1.
De ijsdem Aristoteles in posterioribus duobus de Cœlo libris, & in libris de generatione & corruptione, passim etiam in Meteoris quædam: & pauca in libello ad Alexandrum de mundo. Vide Tomo 1. Bibliothecæ, in Aristotele, argumenta in hosce libros. Vide etiam supra Titul. 1. de principijs physicis.
De elementis Gregorius Nyssenus 3. & Octauian. Mirand. ex poëtis.
De elementis libri 2. Cl. Galeni.
Eiusdem commentarij in Hippocratem de natura humana: in quibus itidem de elementis disserit.
De elementis Isidorus lib. 13. Etymol.
De triplici elementorum ratione consideranda, Agrippa 1. 4.
Elementa cur dicanʳ στοιχεῖα, Cælius 1. 17.
Ex similibus Anaxagoræ partibus non posse res oẽs consistere, Lucret. lib. 1.
Errasse Heraclitum, & eos, qui ex solo igne res omẽs cõsistere opinati sunt: omnesq; illos, qui unum duntaxat quodlibet elementum rerũ materiem existimarunt, Lucretius libro 1.

¶Quæ sequuntur, tractat Lucretius libro 2.

Diuersas esse figuras primorum corporum. Item finitas.
Infinita esse inter se similia cuiuslibet figuræ corpora.
Nullam rem non ex diuersis principiorum generibus constare.
Nõ posse omnia principia omnibus connecti: sed dissidere inter se quædam.
Prima corpora omni colore priuata esse.
Item cæteris qualitatibus sensibilib⁹.
Ex insensibilibus principijs gigni sensilia omnia posse.
Prima corpora, cum per inane deorsum ferantur omnia, rectà tamen decedere, & declinare aliquantulum.
Quo in motu sint prima corpora, in eodem semper & fuisse, & futura esse.
Mirum non esse, cum moueantur semper prima corpora, nõ uideri tamen eorum motum.
¶Nõ minus falli eos qui ex pluribus elementis, aut ex omnibus etiam, ut Empedocles, res omnes gigni opinanʳ, Lucretius lib. 1.
De atomis, Paulus Mitelburgius.
De pororum transformatione, Plutarchus Sympos. 6. 2.
De quatuor elementis, Plinius 2. 5.
De figuris elementorum ex Pythagorica doctrina apud Platonem, Crinitus 13. 10.
Elementorum colores, saporesq;, Cælius 1. 17.
Differentia lucis in cœlo atq; in elementis, Marsilius Fic. 2. 75.
Lux in elementis, Idem 2. 81.
Quomodo elementa omnia et syderea ex primis corporibus primũ genita, Lucretius lib. 5.
Quomodo elemẽta sunt in cœlis, in stellis, in dæmonibus, in angelis, in ipso denique Deo, Corn. Agrippa 1. 8.
Quos terminos habeat motus elementorum & planetarum atq; brutorum, Marsilius 2. 4.
Ex elementis, &c. prouidentiæ demonstratio, Theodoretus de prouid. lib. 2.
Elementis quibus qui numeri sacri, Agrippa 2. 21.
Aceruata terrarum miracula, & cæterorum elementorum, Plinius 2. 98.
Elementorum miracula quædam & naturales proprietates, uide paulò post in Meteoris.
Animũ è quatuor constare naturis, Lucretius lib. 3.
Omnia constare è quatuor elementis, ipsaq; inuicem conuerti, Pontanus de Meteor. 1.
Solem & Lunam maxime imperare elementis, Ibidem 2.

De qua-

De quatuor elementis, & eorundē qualitatibus, & in se inuicem permixtionibus, Corn. Agrippa 1. 3.
De generibus compositorū, quomodo se habeant ad elementa, atq; quid elementis ipsis conueniat cum anima, & sensibus, & moribus, Corn. Agrippa 1. 7.
Corporum genera quinq;, Cælius pag. 39. Plura uide in indice eius.
Corporum genera, Cælius 28. 23.
Vide superius ab initio Tituli 2. huius libri.
Omnia corpora ex sua natura deorsum ferri, Lucretius lib. 2.
Lumen in corpore, Marsilius Fic. III.
¶ De igne Io. Damianus lib. 2. & Theophrasti libellus, quem Fran. Picus Latinum fecit.
Ignis inuentio & usus, T. Lucretius libro 5 & Pontanus de stellis lib. 1.
Qui ignem primò inuenerint, mox è silice & lignis, Polydorus 2. 17.
Obiter an ignis sit coloratus, Cælius 25. 5.
Ignis laus, Cælius 27. 24.
Ignis an aqua utilior, libellus Plutarchi, quē Gybertus Longolius transtulit.
Ignis cultus apud uarias gentes, Cælius 15. 15.
De ignis mysterio, Polydorus 5. 7.
Cœlum esse ignem, in quo tria sint, calor, lumen, uitalis humor, Cælius 24. 15.
Motu ignem excitari, Pontanus de stellis lib. 1. Laurentius Valla in diale ctica sua negat.
Ignis & caloris diuersitas pro uarietate materiæ, Macrobius Saturnal. 7. 16. & Galenus in libro contra Lycum.
In ignem omnia reuoluenda secundum Orpheum, Marsilius 8. 64.
De accensione quæ fit igni, Lumen animæ Tit. 13.
Cur homo tantum utatur igne, Cælius 15. 15.
De mirabilibus ignis ac terræ naturis, Agrippa 1. 5.
Ignium miracula, medicinæ, & prodigia, Plinius 36. 27.
Cur frigefacta extrema, si admoueantur igni, dolent, Cælius 25. 6.
Ignis cur urinam lacessat, Gellius 19. 4.
De lapidibus ad structuram, qui igni & tempestati resistunt, Plinius 36. 22. Vitruuius alicubi in Larigni oppidi mentione laricis lignū maxime igni resistere scribit.
Tauri ignem efflantes, Ouidius Metamorph. lib. 7.
Iupiter in ignem, Ibidem 6.
De profluentibus ex terra, humore, aëre, igne, &c. Ge. Agricola libro 1. de fossilium natura.
De igne inferorum in Inferis dicetur in Theologia.
Fumus causa ut caperentur uici aliqui, Aelianus in Variis Græ. 55.
Fumus capnosphrantes, capnistæ carnes, Cælius 26. 21.
Capnomantes, Cælius 7. 29.
¶ De aëre, Plinius 2. 38. & Io. Damianus lib. 2.
Aërem ictum moueri in orbem, Cælius 3. 28.
Aestate cur aër motus flabro frigus acquirat, Macrob. Sat. 7. 8.
De aëris motu, Seneca naturalium quæstionum 5.
De aeris regionibus & affectibus, Aristoteles lib. 1. Meteororum.
De aere Problemata Aristotelis, sectione 22.
De terra & aere, L. Anneus Seneca.
De admirandis aeris & uentorum, &c. naturis, Agrippa 1. 6.
De profluentibus ex terra, humore, aëre, &c. Ge. Agricola lib. 1. de fossiliū natura.
¶ De aquis, L. Anneus Seneca.
De aqua, Io. Damianus lib. 2.
De aquarum loco, Lombardus 2. 14.
* Passer solitarius suauissime canit, haud scio quo nomine apud ueteres. Sic hodie Itali & Germani uocant.

Passeris nomen commune est ad omnes minores aues: cuiusmodi & hæ sunt quarum nomina alia non tenemus: * **Bürstner**/* **Güntel**/* **Gückerle oder grienuogel**/ * **wegfleckle**/* **Gaulammer**.

* Pauo A. Plin. Ael. Opp. **Ein pfaw**, Saxonice **ein pagelün**: Anglice a pecok.

Pauo Indicus, uide in Gallinis.

Pelecan, uide Platalea.

Penelops circa lacus et amnes uersatur: & uidetur ab A. inter palmipedes numerari.

* Perdix A. Ael. Opp. **Ein råbhün/ våldhün**: Anglis a pertrige.

* Perdix rustica Martiali, **Ein schnåpff**, ut ego conijcio: quam rostricem et rusticulam recētiores aliqui appellant. huius alterum genus syluaticum uocamus **waldschnåpff**: uide supra in Gallinagine. G. Longolius gallinaginem simpliciter reddit **ein schnepff**. Turnerus perdicē rusticā ab Anglis Ralam nominari scribit: nos supra aquaticā, fulicæ similem Rallū Italice dici monuimus. Schnepæ nostræ aliud genus minus est, quod uocant * **herdschnepff**, uel **graßschnepff**: cuius etiam G. Long. in dialogo suo meminit.

* Perdix Græca rostro cinnabarino, G. Longol. perdix montana, **Ein perdryß/mit eim roten schnabel vñ füssen: ein rot råbhün**. Itali coturnicem uernacula lingua uocant.

Phalaris, Opp.

Phelinus, Opp.

Phasianus A. Plin. **Ein fasant/fasian**: Anglis a phesan. Phasianos magnos recentiores quidam commemorant, tanquam aliud genus.

Phattage auis Indica, Aelian.

Phœnix, Plin. Opp. Vide in Paradisi aue.

Phoix A. Vide in ardea stellari.

Pica, A. Aelian. Plin. Opp. **Ein elster/ atzel/ågerst**: Anglis a py, uel piot.

Humanū sermonem addiscere aliâs negant posse, quàm quæ ex genere earū sunt, quæ glande uescantur, & inter eas facilius quibus quini sunt digiti in pedibus. Hæc Plin. Videtur autē hæc illa esse quam supra in Garrulis post graculos **Roller** appellauimus,

Itali picam granatam, uel potius ghiandaram, quod glandiuora sit, uocãt.

Nuper & adhuc tamen rara ab Appennino ad urbem uersus cerni cœpere picarum genera, quæ longa insignes cauda, uariæ appellantur, Plin. Hæ nimirum Græce ποικιλίδες dicuntur.

Picus, uel Picus Martius, drycopos, pipo. A. Ael. Opp. **Spächt** Anglis et Germanis: multa eius genera sunt. De galgulo, quem * picum uiridem T. interpretatur, uide supra.

* Pipo maior, A. **holtzspächt/krâspächt/** quod cornicem colore & magnitudine referat.

* Pipo minor merula, A. **Spächt** simpliciter, **Der klein spächt.** Huic & illum annumerabis, qui cœruleo prope colore uocatur * **ein klân/nußbicker/tottler:** quem Turnerus sittam interpretatur.

* Pipo medius, maior merula, A. **Wyssenspächt/schiltspächt/ägerstêspächt** (à colore picæ) **elsterspächt:** Anglis, uuodspecht.

* Est & picus muris adhærens, **ein murspächt/klettenspächt.**

* Pici etiam genus est Plinio, quod nidũ primis in arborum ramis suspendit: uide in Chlorione.

Iynx quoq; superius dicta, recte picorũ generi adiungetur.

Pilaris, uide Turdos.

Planga inter aquilas est.

* Platalea, Platea, Pelecanus A. Plin. Ael. pelecinus Oppiano, **ein löffler/löffelganß:** Anglis a schouelard.

Porphyrio solus morsu bibit, &c. Plin. A. Ael. Oppiani porphyrio, noster **gyfütz.**

Psittacus, A. Plin. Ael. Opp. **Ein papegay/sickust/sittich:** Anglis a popiniay. Genera eius multa quæ magnitudine & colore differunt.

* Fuscus, **Ein grawer sittich.**

* Viridis, **Ein grüner sittich.**

* Alius magnus dorso & alis cœruleis, capite & parte supina coccinis.

* Alius undiq; ruber, nisi quod circa oculos albus, cœruleus extremis alarũ pennis caudam uersus; & bona alarum parte flauus.

* Alius uentre flauus, parte prona uiridis, oculis rubicundis, &c.

Ptynx auis eadem quæ chalcis putatur.

Pygargus inter aquilas est.

Pyrrhocorax, uide inter graculos.

Pyrrhias, Opp. Vide Rubicilla.

* Regulus, rex auiũ, senator, trochilus: A. **Ein küngele/kuningsen/zaunkü ning:** Anglis a uuren. Turnerus regulum suum rostri colore ferè suluo describit, quod nostro non conuenit; & cauda semper erecta, quod & troglodytes passer facit, quem aliquis regulum non recte appellant. Scribit etiam soliuagum esse regulũ, & gregatim nunquam uolare: ideoq; auiculas illas auricoloribus in capite pennis, quæ gregatim uolantes in Bauria hyeme ad urbes aduolant, nõ esse regulos (quod Ammonius Agricola in comment. in Galenum de locis affectis asserit) sed tyrannos potius Aristotelis.

Riparia inter hirundines dicta est.

* Rubecula, erythacus, erythea, A. **Ein rôtbrust/rôtkelchen:** Anglis a robin, redbreste.

* Phœnicurus A. Plin. Gazæ ruticilla, **Ein rotsterz/rotschwentzel:** Anglis a rede tale. Hanc hyeme latere Turnerus scribit, rubeculam uero desertis tum syluis ad oppida & pagos aduolare, quæ causa fuerit Aristoteli, ut hãc ex illa mutari falsò existimarit.

* Aliud genus est ad circa alpes in Rhetia & Italia capit, nostri uocãt **steinrôtele:** quod in fine dorsi & circa caudam rubeat, cætero uarijs, ut perdix, plumis distinctum.

* Rubicilla, pyrrhulas, uermiculos edit, A. nec plura. **Ein blütfinck/güger**/ut conijcit Turnerus. Alia est, quam uocamus, * **schösserle**, sanguinea in capite area, & pectore colore: cætero uaria, & nigris punctis distincta. Alia etiam * **Wynuógele** dicta, parte prona per uentrem & caudam rufa est.

Rubetra, batis, uermiculis pascitur, A. nec aliud. G. Long. linariam uulgo dictam esse diuinat, quod rubis cubro insideat; quod & buntinga Anglorum

glorum facit, de qua in passere magno & mollicipite diximus.
Rupex apud mare uictitat, A.
Salpinx auis quædã, à sono forsitan Græcis dicta, qualem ardea stellaris reddit: aut rostri figura tubam imitante, qualis uidetur in * Beccosforta Italice nominata.
Salus, ægithus, A. Plin.
Scops, uide Asio.
Seleucis, Opp.
Siluia uermiculis uescitur. Hæc uerba in Theodori Gazæ ex A. animalium historia traductione legũtur. Ego in Græco textu, quod siluiæ Latino respondeat, uocabulum nullũ inuenio.
* Sitta, A. **Ein nußbäcker/ meyspecht:** Anglis, a nut iobber, T. nos appellamus **ein klãn/nußbicker**, quod nuces perforet. Alia est nucifraga, graculi genus.
Sôdes auiculæ, Opp.
Spinus, uide Acanthis. Oppiano etiam σπῖνος Græce appellatã, diuersus puto.
Stella Opp. rubra macula, rotunda in capite, fortè **Schôsserle.**
Stymphalides, Ael.
* Struthio, struthiocamelus, A. Aelian. **Ein strauß:** Anglis, an ostris.
* Sturnus, psaros, A. Plin. **Ein star:** Anglis a sterlyng.
Tarda. Vide Otides.
Tetraon Plinio, Tetrix Aristoteli, Tetrax Ael. Athenienses uragem uocãt, **Ein trapp/trapganß:** Anglis, a bustard uel bistard. Vulgo bistarda. Plinius, Decet tetraones suus nitor, absolutaq; nigritia, in supercilijs cocci rubor. Alterum eorum genus uulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit. Proximę eis Otides sunt, quas Hispani aues tardas appellant.
Theocronus, spurius aquilæ fœtus est, Opp. fortè idem exaëto.
Thraces & dytini pariendi tempore solum in terram se recipiunt, Opp.
* Thraupis, carduelis uulgo dicta, ut sentit Hermolaus Barbarus, **Ein distelfinck:** Vide in Acanthide.
Toranus, uide in Ardeolis marinis.
Tringa uel tryngas, lacus & fluuios petit, caudam motitat ut iunco & cinclus, quib. hæc maior est: turdo enim æquiparetur. Turnerus exponit **ein wasserhenn:** Anglice, a uuater hen, uel a mot hen. Auis (inquit) tota pulla est, excepta ea caudæ parte, quæ podicem tegit: ea enim candida est: & tum cernitur, cum caudam erigit. Hæc illæ. Multæ sanè ex illis, quas inter gallinagines Germanice supra nominauimus, ad hanc Turneri descriptionem accedunt: & nomen hoc **Wasserhünle** cõmune pluribus inter se similibus est. Aristoteles orygometram auium palustrium forma esse dixit (hoc est gallinaginum aquaticarum) quod unius nimirum generis species multas agnosceret. Tringa uox per onomatopœian facta uidetur. τριζαν de turturũ sono dicitur: τριζαν uespertilionum est.
Trochilum habes in Regulo. Alius uidetur Trochilus Oppiani, auis aquatica.
Turdus, cichla, A. Plin. **Ein krameruogel/wegholteruogel/ziemar:** Anglis, a thrusche. Tria eius genera A. hæc sunt.
Visciuorũ magnitudine picæ, **ein mistler.** Quanquam Turnerus hunc simpliciter turdum, Germanis & Anglis quibus iam dixi nominibus appellari putat.
Alterũ pilare, quod sonat acute, magnitudine merulæ, A. **Ein drossel/ durstel/trôstel:** Anglice, a throstel, uel a mauis.
Tertium quod Iliacum quidam uocant, minimum inter hæc, minusq; maculis distinctum est, A. **Ein weyngartuogel:** Anglis, a Vuyngthrushe, T. Nostri uocant **ein wynßlen:** cui & illam adnumeramus, quam appellant **bômerle** / uel **beemer/ziemar**, id est, turdum Boëmicum. Alia est **weynũgele**, in Rubicilla memorata.
Turtur, uide in Columbis.
Tympanus à cornice occiditur, A. nec aliud.
Tyrannus A. **Ein goldhendlin**, coniectore Turnero, uide in Regulo: uel **der kleinst nünmörder.** Tria eni eius

genera sunt, Maius, æquale sturno, quod eidem molliceps Aristotelis uidetur: uide supra. Secundum, passeris magnitudine. Tertiũ, regulo paulò maius, crista rutila: quod cæteris similiter in auiculas sæuit. Sed forsan tyrannus & regulus una auis est.

Velia paludes ab arundinib. inspectat, paruo corpore, uoce proba, Aristot. Deinde sequitur colore etiã pulchro, in translatione Gazæ: quibus uerbis in Græco hæc præponuntur, Gnaphalus etiam dictus uoce proba est. Facilis fuit error, qualis sæpe cõmittitur, cum uoces aliquæ repetuntur, ut hic φωνὴν ἔχει ἀγαθὴν. Dicitur autem ἑλέα à paludibus: fortassis quã nostri nominant * **wydengũckerle.**

Vespertilio, **Ein flädermuß.**

Venatrix auis, Ael.

Vireo, uide Chlorion.

Vlulam Gaza reddit pro Græca uoce ἀεγωλιός. In otí uero descriptione dicente Aristotele Otum à nõnullis nycticoracẽ uocari, ipse cõuertit ululã.

Vpupa, epops, A. Plin. Ael. **Ein widhopff / ein houp:** Anglis, an houupe.

Vrago, uide Tetraon.

Vrinatrix, colymbris, ex numero palmipedum grauiorum, circa lacus & amnes uersatur, A. Colymbus Opp. Turnerus tria urinatricũ genera describit. Primum (inquit) totũ nigrũ est: & si cirrum, quem in capite gerit, exceperis, mergo (sic scharbum nostrum uocat) corporis effigie non dissimilis: quo tamen triplo minor est. Anglorum nautæ lounam nominant, alij doukeram. Secundum genus turdo non maius est, anati colore & corporis effigie simile, & hoc Angli medam urinatricẽ nuncupant. Tertium genus adeò nuper ab ouo exclusum refert anserculum, ut nisi rostrũ huius paulò tenuius esset, ægre alterum ab altero discerneres: pro pennis enim lanuginem habet. Hæc tria genera in stagnis aut fluuijs quietioribus agunt: in quorum ripis arundines & carices nascuntur. Hæc ille. Nostri puto tertium hoc genus uocãt **diúchele** uel **hürchele.** Vide plura in ter Anates & in mergo.

Vulpanser, uide in Ansere.

Vulpecula & uespertilio uolãt cute, A.

Vultur A. Plin. Ael. **Ein geyr:** Anglis, a geir. Opp.

Gypæetos, A. Gaza subaquilam non recte uertit, tanquam hypæetos legerit. Est autem genus quoddam ex aquila & uulture mixtum: quod ipsum aut ei simile, audio appellari **ein stossart,** capitur in alpibus Rhetiæ circa Curiam.

¶ Sunt & aliæ quædam, quarum nomina in barbaris duntaxat linguis habemus, nec ad ullas congeneres, quarũ Græca Latinaúe nomina extant, facile quis referat, ut **Triel / Lyßklicker / Steinbyßer / oder Klepper,** &c. nisi quod priores duæ circa aquas uersantur: hæc magnis passeribus adscribi potest.

¶DE CETACEIS *piscibus.*

Cete dicuntur animalia, quæ in aquis, mari præcipue degunt, branchijs carent, & pulmone respirant: quo quidem differunt à propríe dictis piscib. *Quoniam uero plæraq; in maiorem reliquis molẽ accrescũt: per abusum aliquando thuños etiam & alios maiores pisces, Galeno teste, cetaceos nominamus: & ipsa cete & alia aquatilia quandoq; pisces, propter locum, corporis formam, & alia quædam similia. Nos hic separatim proprie dicta cete enumerabimus. Aelianus cum accessionibus Gyllij libro 10. historiæ animaliũ multa de cetaceis in genere & singillatim scribit: ut ex sequentibus patet. Numero caput indicatur.*

De maximis cetis, 2.

De cetis & uarijs piscibus Taprobanæ insulæ 3.

De cetaceo genere Gangis, 4.

De Britannici ceti magnitudine, 5. Est autem accessio Pet. Gyllij ex Polydori Vergilij descriptione: * Nos ipsam belluæ imaginem dabimus.

De duce cetacei generis 6. & Oppian. lib. 5. halieut.

Quomodo

Quomodo capiantur cete, 8.
¶Oppianus etiã libro 5. halieuticõn in genere quædam scribit, De ingenio & præstantia hominis cuncta domantis animalia, etiã cete: quæ cognominibus suis & alijs in terra degẽtibus multo maiora & terribiliora sunt, Oppian. initio libri 5.
Quomodo capiantur cete maiora, quomodo minora, Ibidem.
De cetis multa Plinius libro 9. per prima 13. capita.
¶Apro simile monstrum, in descriptione Regionum Septent. Olai Magni.
Sperma ceti, Ibid.
Aries, Aelian. & Oppian. lib. 5. Halieut.
Aulopius, Aelian.
*Balæna, phalæna, Aelian. 10. 1. In Mappa Olai Magni, Wallfisch, quod tamen commune nomen ad multa balænæ similia cete uidetur. Vide orca.
Balæna unco ferreo capta securibus excinditur. Balænæ subuersuræ naues doliis electis, uel effuso castoreo terrentur.
*Balæna unicornis in Map. Olai Magni.
Bos inter cete, nullis uiribus, homines tamen terret, Ael. Opp.
De cane marino cetaceo, & quomodo capiatur, Oppian. lib. 5. Hal.
Cornuta, Plin. Fortè quæ uacca marina hodie.
Delphinus, delphin Arist. Aelianus plurima habet lib. 10. De piscatione quę delphinorũ auxilio fit, Oppian. lib. 5. Quomodo capiantur, Ibid. Quantopere suos fœtus ament, Idem circa finem libri 1. De coitu & partu eorum, eodem libro. Nomen seruat Gallis.
Delphino similes, Sturio, uulgò dictus, *ein ſtöz: & Attilus Padi: de quo inter pisces fluuiatiles.
Equus fluuiatilis, hippopotamus, Arist. Aelian.
Glanos, uide Hyæna.
De hyæna marina, Ael. & Oppia. lib. 5. Aristoteli etiam glanos dicitur.
De lamna, & quomodo capiatur, Opp. lib. 5.
*Orca, uel Orcha in Map. Olai Magni.
Springual, ab agilitate. Quæ uulgo Balæna in Italia: nam quæ uulgo Capitoleus dicitur uera balena existimatur, Gyll.
Orcynus, Aelia. fortè qui Massiliæ organa, Gyll.
Ouis marina, Ael.
Pardalis marina, Ael. & Opp. lib. 5.
*Phoca, uitulus marinus, Arist. Aelian. Oppia. lib. 5. & quomodo capiantur, Ibidem. Quantopere suos fœtus ament, Idem circa finem libri 1. De coitu & partu earum, Eodẽ lib. Ein meerhund. Bos marinus Massiliæ.
Phocæna Arist. Tursio, aliâs Trisio, à Gaza uertitur.
*Physeter siue pistris, Aelia. In Mappa Olai Magni. Aristot. Gyllius hunc esse putat qui uulgo Calderon dicatur, uel illum qui uulgo Mulassus.
*Rosmarus, alijs mors hodie dicta, bellua marina, In Mappa Olai Magni: et in alia quadam Moschouiæ.
Rota, Aelian. Massilienses molam à similitudine uocant, Gyll.
Serra, Plin. quòd serræ simile è fronte os ei promineat.
*Testudo ab Opp. lib. 5. inter cete connumeratur: q̃modo capiantur, Ibidẽ.
Tritones, Ael.
*Vacca marina, In Mappa Olai Magni. Vide Cornuta.
Ziphius, Ibidem.
Zygæna, Opp. lib. 5.
Equum belluam marinam capite & pedibus equo similem in mediterraneo à piscatore quodam uisam Gyllius scribit.

¶ *Ex Mappa Olai Magni imagines.*

*Monstrum cum multis radijs à capite pendentibus.
*Bellua nauim submergens.
*Alia in cuius dorso ignis struit à nautis terram esse putantibus.
*Piscis quidam breuis, 12. pedes latus.
*Monstrum quoddam cornutum undequaq; horrendum.
*Aliud monstrum striatum, dentibus exertis.
*Belluæ cuiusdam caput hirsutum.
*Monstrũ maculosum, tenens cancrũ.
*Ziphius uel ziphio similis bellua phocã ore tenens, cũ alio appicto cetaceo.

* Aliud monstrũ cum appictis piscibus, qui hominẽ ab eius noxa defendunt.

¶DE PISCIBVS *proprie dictis, marinis primum, qui simpliciter pisces dicuntur: deinde de reliquis, longis, latis, mollibus. De ijs quæ ad certum genus non referuntur. De fluuiatilibus piscibus. De crustaceis intectis. De testa silicea tectis.*

Piscium partes, ut sunt pinnę, branchię, squamæ, lactes, & uirgulæ, quæ sunt radioli oris nonnullorũ piscium: breuitatis studio hic omittimus.

Accipiter marinus, Ael.

Acipenser, elops, Aelian. ignotus hactenus, nisi quod audio Paulum louiũ acipensem, pictum opinor, habere.

Aerica, chalcis, A.

Adonis, Ael.

Aetnæus, Ael.

* Alosa piscis uulgi noïe à Gaza transfertur thrissa, A. Vide Clupea.

Amiæ uel hanniæ, A. Ael. Vide Trocta inter fluuiatiles.

Antaceus, Ael. uide Mario.

Anthias, sacer piscis, aulopias, Græcis & Neapoli puto etiamnum nomẽ seruat, A. Ael. Est et inter cete aulopius.

Aprum Thraces capriscum, Siculi porcum uocant, Gyll.

Aplua, aphye, A. Apua Ael. Apua encraulos uel lycostomos, à Græcis etiã hodie lycostomos, à Gallis anchoia uel amploia. Aphros uel aphritis, adeò pusilla est, ut Niceæ nonnatã uocent: quod & aphyæ Græcum nomẽ significat, Gyl.

Aquila aquatica, aetós, A.

Archanus uel Archanas, A.

Arctus piscis, ursa, A.

Aristа uel aristula piscis, atherina, A. Græcis hodie nomen seruat, Massiliæ Sancletus.

Asellus piscis, onos. A. Ael. Italis asinus, Gallis Merlus, Gyll.

Aspargi pisces, Ael.

Atherina, uide Aristа.

* Aurata, chrysophrys, A. Ael. Gallis & Italis Latinum, Græcis Græcum nomen retinet, Gyll.

Aulopias, uide Anthias.

Auxuma, uide Scordula.

Box, A. uide Voca per V.

Boopes mænæ, Massiliæ bogæ, Gyll.

* Boccale Italice.

* Brusolus, Italice.

Callionymus, Ael.

Cantharus, uide scarabæus.

Capito, uide in Mugile.

Capitones aliqui uocant pisces duos similes qui uulgo Germanice, **Rynfisch** & **Schellfisch** nominantur, à capitis magnitudine; caudam enim uersus attenuantur.

* Carpio marinus, **ein meerkarpff**, nigrior fluuiatili, Carpa, carpo, & carpio, nomina sunt recẽtia, Carol. Figulus. Aliqui cyprinum uel cyprianum Aristotelis interpretantur.

* Carpio Benaci maculis nigris, carne bicunda & lautissima, genere à uulgari carpa diuersus.

* Caruntij, ut fingam uocabulum, **Rotrũntzen**, pisces quidã latiusculi Oceani Germanici.

Cephalus, uide in Mugile.

Cernua, interprete Gaza, orphus, A. Ael. Siculis cernha, Massiliæ ernha, Græcis etiamnum orphus.

Cerrus Gazæ, qui A. smaris.

Cinædus Plinio, fortè qui Massiliæ cenadus, Gyll.

Chana, apud Venetos & Græcos hodie nomen seruat. Sunt & chanadelæ quidam pisces ad stagnum Martegã in Gallia, Gyll.

Chalcis A. Gazæ aerica. Vide Gyllũ.

Charax, Ael. piscis maris rubri.

Clupea, thrissa A. Ael. quanquam Gaza alosam uulgi uocabulo exponit Gallis chiepa. Alausæ (uulgo **Alsen**) alsæ, alsones, uer nunciant in Mosella & Rheno: In mare se recipiunt: tonitruis exanimantur, Carolus Figulus. Thrissa (inquit Gyll.) halachia Massiliæ, Venetis chiepa, unde quidã clupeã esse putãt: Græcis hodie phrissa.

Cordyla, uide Scordula.

* Cottus, existimatur minimum genus gobij, qui uulgo in Italia Marscion dicitur: alibi coranus.

* Chromis, uulgo coruus in Italia: primã syllabam, per o paruũ & magnũ scribitur; chremps, A. Ligurũ chro, Gyl.

Colias,

Colias, lacertus minimꝰ, Niceę Coguiol: Græcis hodie adhuc colios, Gyll. Vide Monedula.
Citharus, Ael.
Coracinus, uidetur caſtaneus Maſſiliæ dictus, in Corſica cornulus, Neapoli coracinus, Gyll.
Cuculus piſcis, coccyx, A. Maſſiliæ galli na, Neapoli cœchus, Siculis cochus.
Cucumis piſcis, Plin. qui uulgo pepon: uel potius qui melon appellaſ, Gyll.
Curſor piſcis, dromas, A.
* Dentix uel dentex, ſynodon, ſynagris A. Ael.
* Doncella, quaſi domicella, à multis qui bus diſtinguiſ floridis coloribus, uulgo dictus piſcis apud Venetos. Iulis nonnullis exiſtimatur: forſan adonis fuerit.
* * Draco piſcis: uulgo araneus Italis, pe ſce ragno. Eſt autem duplex, maior et minor, A. Ael.
Eleginus, A.
Encraulus, A. Encraſicholus, lycoſto mus, Ael.
Epitrageæ piſces dicuntur ſteriles, ut ca rini & balagri, qui nec ouum, nec ſe men ullum prolificũ unquã habẽt, A.
Equiſelis Gazæ, hippurus A.
Erica, uide Aerica.
Etelis, A. Exocœtus, idem adonidi.
Fidicula piſcis, citharus, A.
Fluta, rhyas, A. Vide ſpargus.
Fuca uel phuca piſcis, phycis A. Nomen retinet apud Græcos, Neapoli lepris: alius eſt quem Veneti phycum uo cant, Gyll.
Fuca parua piſcis, phycion, A.
Fullo piſcis, pſylon, A.
Fuſanei piſces, chyti ichthyes, qui fuſim retibus capiuntur, ut thunni, paſſe res, & alij, A.
* Gladius piſcis, xiphias, A. Ael. Maſſi liæ imperatorem nominant: Itali Spa tam: Spata uero Maſſiliæ dictus alius piſcis eſt, cui non roſtrum ſed cauda gladij ſpeciem gerit, Gyll.
Glanos, hyæna, inter cete eſt. Vide in fluuiatilibus.
Glaucus, A. Ael.
Gobio uel gobius, κωβιός, A. Multa eius genera, uulgo goatæ: uide cotti.
Gobio, Carolo Figulo, ein göbe: Gallice ung gouuion. Duos palmos longus, præpinguis, teres, multa oua in aluo habens, barbatulus ut barbo.
Gobionaria, cobitis, A.
Graculus piſcis, coracinus A. Alius eſt monedula infra.
Grus marinus, in Corinthiaco mari, Ael.
Gutturoſa (Italis uulgo gottoroſola, ne ſcio q̃ apud priſcos noie) piſciculus.
* Halec Gazæ, A. mænis: & Halecula Gazæ A. mænidion, uide in M. uide etiam Hirci. Halec plæriq; appellãt piſcem Oceani Germanici, quẽ uul gus * harengam. Veteres quemuis pi ſciculum ſale conditum ſic appellaſſe uidentur. Salſamenta enim maiorum piſcium ſunt, qui in tomos ſcindeban tur, quos qui uendebant ſalſamenta rij, tarichopolæ, & cetarij dicebantur.
Hamorocœta, idem callionymo, Ael.
Hamiæ piſces dicti, quod ſimul & gre gatim natẽt, aliquibus ſine aſpiratio ne ſcribitur, Aelian.
Hepatus, uide Iecorinus. Similis eſt mu ſtelæ fluuiatili, cuius itidẽ iecori ma xima commendatio.
Hiatula Gazæ, chane A.
Hirci appellanẽ mænæ, ſiue haleces ma res, cũ fœtu impleri fœmina incipit, A.
* Hirundo marina piſcis, chelidon, A. Ael. Maſſiliæ lendola, Gyll.
Hyæna, uide inter cete.
Hygrophœnix in mari rubro, Ael.
Iulia piſcis, iulis, A. Ael. uide Doncella.
Iecorinus piſcis, hepatus, A. Ael.
Labeo inter mugiles eſt.
* Lacertus piſcis, ſaũros A. uulgo in Ita lia ſuro.
* Limaria, uide in Thunno.
* Lucerna, accipiter marinus A. Vulgo ein ſeehan. Maſſiliæ beluga, Romæ capo. Non diſſimilis ei eſt quẽ uocãt * Armatũ piſcem aliqui, & Caponẽ, ſpinarum aliquot ordinibus rigentẽ.
* Lucius marinus Venetijs dictus, totus rubet.
Luna piſc. Ael.
Lupus, nõ eſt qui Lucius uulgo dicitur, quanquam e mari fluuios aliquouſq; ingrediatur, nomen ſeruat apud Gal los in Narbonenſi prouincia. Itali Va

riolum uocant à uarietate punctorũ: & cum paruus adhuc est * baicolum, A. Ael.

* Mæna, mænis, halec, A. Mænidion A. Gazæ halecula. Vide Hirci. Est & alia quã mænulã Sclauam uocant uulgo: & leucomænis, uulgo gerres.

Mario in Danubio capitur, puto autem ex ponto in eum ingredi, Ein huß. Vide inter fluuiatiles.

* Martiũ panem Venetijs piscẽ quendã uocant, nimirũ ꝙ æque in delicijs sit.

Marini pisces, μαρῖνοι, A. Vide ne murini legendum sit, μύραινοι.

Melanderini uidẽtur qui ex Istria Venetias afferunt, Picij uulgo dicti, Gyll.

Melanurus, Ael. Massiliæ olhada, id est, oculata, Niceæ iblada, Siculis ochiada, Gyll.

* Merula piscis, cottyphos, uulgo hodie in Italia Tinca marina, Ael. Vide Turdus.

Miluus, idem lucernæ. (

Monedula piscis Gazę, in Aristotele κοχλίαι: Gaza nimirum legit κολίαι.
Idem pro coracino graculum reddidit. Vide colias supra.

Mormur, mormyrus, A. Vulgo nomen seruat Gallis.

Moronam uulgo Venetijs uocari audiui piscem sturioni simillimum.

Mugilum, cestreas Græci dicũt, genera multa sunt in mari et dulcibus aquis: ex quibus apud Arist. nominant isti,
* Capito, cephalus: Ael. qui Græcum nomen Venetijs retinet, ut permulti alij marini pisces, quanquã omne genus mugilum Veneti cephalos uocant. Capitones Massilię calugi, in Italia capitelli uel capistelli uocant, Gyll.
Gaza aliquando simpliciter ꝙ cephalo mugilem transfert.
Labeo, χάλλωρ, alibi χωλῶψ legitur.
Muco, μύξωρ, alibi μύζωρ. Massonus Sargus, uel sargo. (Niceæ.

De Mugilibus Ael. Mugilibus in lacu Sipharum pinnæ binæ iuxta branchias sunt.

* Mullus, trigla A. Ael. Veneti trigliam adhuc uocant, alij trigam, Niceę strilham, Gyll. Alius est qui Venetijs pesce molle uocatur, quem aliqui aselum putant.

Murinus, myrinos, A. Vide Marini.

Musculus, mysticetus A. De piscculo duce belluarũ maris, Oppian. lib. 5. Hali. Vide in Mustella paulò post in longis piscibus.

Musteli, uide paulò post in piscibus longis priuatim.

Myllus, fortè quem Niceæ uocãt Figon, & Græci hodie myllocopion, Gyll.

* Oculata, ophtalmia, uide Melanurus.

Orphus, uide Cernua.

Oxyrynchi, in mari rubro, Nilo, & Caspiæ lacu, Ael.

* Pelamis, uide in Thunno, Ael.

* Perca marina, A. Est & fluuiatilis perca. Vtraq; nomen retinet.

Persæus, Ael.

Phagrus, Pager, alicubi φάγγρος scribi. A. Ael. Massiliæ nomen seruat, uide Rubellio.

Pholis, φωλὶς, mucorem quem ipsa emittit, sibi obducit: ut in eo quasi cubili quiescat, A.

Phuca, uide Fuca.

Physa Aegyptius piscis, Ael.

Physsalus piscis maris rubri, Ael.

* Prasinus, ut quidã hodie uocant, breme Gallis, Brachßmen/Præsem, Germanis, in lacubus et Oceano capitur, & quietioribus fluuijs.

Primadæ in cœno se abdunt, uere prodeunt, &c.

Pulcher piscis, callionymus A.

Præpontes, Ael. 12. 32.

Remora, echeneis, A. Ael.

* Rubellio uel rubellus, erythricus, uel potius erythrinus, A. Venetijs arboro: Pagellus apud Narbonẽses & Hispanos: Liguribus pager, Lethrinus à Græcis hodie, Gyll.

Ruminalis, μήρυξ, A. Vide in Scaro.

Sacer piscis, anthias A.

Sagittarius in mari rubro, Ael.

* Salpa A. Nomen ubiq; retinet, Gyll.

Saperdis A.

Sarda, trichias aliâs trichæus A.

Sardinæ, trichides, A. Sardellæ uulgo in Italia: in prouincia etiam Narbonno men retinent.

Sargini pisces A.

Sargus è mugilum genere est, A. Ael. apud Græcos & Massiliæ, & ubiq; fere nomen seruat.

* Scara.

* Scarabæus piſcis, cantharus, A. Aelia. Maſſiliæ adhuc cantharus, in Liguria tamidus, Græcis ſcatarus appellatur, Gyll.

Scarus ſolus piſcium ruminare creditur A. Ael. Alibi tamen Ruminalem piſcem A. uocat: qui licet utrinq; dentatus ruminare ſoleat, nec an idem an diuerſus à ſcaro ſit explicat.

* Scomber uel ſcombrus, A. Aelia. Nomen ſeruat Venetijs: Neapolitani lacertum, Maſſilienſes auriolum uocãt. Galli macreau, Carolus Figulus macrellam ſuſpicatur eſſe lucium Auſonij.

Scordulæ (aliâs cordylæ) uel auxumæ, auxides, dicuntur, quæ primum ex ouo thunni prodierunt.

* * Scorpio uel ſcorpio piſcis A. ruffus maior, & niger minor. Nonnullæ regiones Italiæ utrũq; ſcorpenam uocant: Græci hodie utrũq; ſcorpium: Maſſiliæ ſcorpenæ nomen ſeruant, ſcorpium raſcaſſum dicunt, Gyll.

Scorpio fœmina, ſcorpis, A.

Spargus, fluta, rhyas, A. Spargi etiã per æſtatem pariunt: Flutæ piſcium lotura, uel nauium ſentinam eiectã fugiunt, A. nec aliud.

* Sparus, Maſſiliæ ſparlus: & aliud genus ſacchetto Venetijs.

Sphyræna, Plinio Sudis, Gazæ malleus: Maſſiliæ piſcis ludæus, Gyll.

Spuriæ, fuſanei piſces ſunt, & ſemel anno pariunt, A. nec aliud.

* Sturio Italice dictus, uulgo ein ſtör: Carolo Figulo delphinus fluuiatilis uidetur, et idem ſiluro, quod non probo. Simillimus ei eſt quem Venetijs Moronam uocant.

Sudis, uide ſphyræna.

Synodon, dentex, A. Synagridi tam ſimilis eſt, ut Maſſiliæ & in Liguria utroſq; denticem appellent: Græci hodie utroſq; ſynagrides.

Thriſſa, uide in Clupea.

Thunnus, thynnus, A. Ael. Ein thon/ thunnyn: nomen ſeruat apud diuerſas etiã gentes. Thynnidem Gaza, aliâs thunnam reddit, aliâs limariam ex Plinio. Putantur autẽ thunni * limarijs, quas Græci pelamides, anno uno prouectiores. Vide ſcordulæ. Hinc thunnarius, thynnoſcopos, A. Aphareus pinnula ſub thunni uentre eſt, A.

Trachurus, Ael. Trochus, A.

Trocta & Truta marina, uide Fariointer fluuiatiles paulò poſt.

* Alia eſt truta marina, uulgo ſic dicta Venetijs, piſcis non magnus, dorſo fuſco & ſubluteo, &c.

Turdus piſcis, cichla, A. Turdam & merulam Maſſilienſes, promiſcue Roquaudos uocitãt: Hiſpani & Sardi utriuſq; nomen Latinum retinent, Gyll.

Vitta piſcis, tænia, A.

Vmbra, ſciæna, A. Nomen ſeruat apud multas nationes, Græcis hodie ſcios, Gyll. (te.

* Voca, βώκη, A. Alia eſt phoca inter ce-

* Vranoſcopus Galeno nominatus, Italis bocca in cà.

Vrſa piſcis, arctos, A.

Xiphias, uide gladius.

Zeus, faber, uulgo chriſtopſaros, piſcis S. Petri, ſitula, Dalmatis etiamnũ faber, Liguribus rota, Maſſiliæ trueia, id eſt, porca, Hiſpanis gallus, Gyll.

¶ Sunt & alij quidam barbaris tantũ nominibus mihi cogniti, ut qui Venetijs dicuntur, Perga, peſce matin, &c. Et inter ſuperiores nominati Martius panis, Trueia, &c. Item in Mappa Olai Magni, piſces huete: piſcis quidam breuis, 12. pedes latus: piſcis uolans: piſces & aquaticæ aues ad lyram adueniant.

¶ De *muſtelis, & alijs piſcibus longis.*

Piſcium cartilagineorum, σκλάχη uocant Græci, alij longi ſunt, quorum plures muſtellorum generi adnumerantur: alij plani & lati. De utriſq; ſeorſim dicemus.

Muſtelus uel Muſtellus, galeos, Ael. generis nomẽ ad multos piſces longos: Gaza piſces muſtelinos, muſtelígenas, et genus muſtelinum ex Ariſtot. transfert. Hiſpani adhuc muſteli nomen ſeruant.

* Muſtelus læuis, ad differentiam ſpinacis, A. Venetijs gatã uocant, *i.* felem.

Muſtelus ſpinax, galeos acanthias, A. Maſſiliæ agullatus.

Mustelus stellaris uel stellatus, asterias, A. nimirum à macularum uarietate. Læues & stellares Massiliæ gatti algarij, Gyll.

Musteli nebriæ uel nebrij, ab hinnulo, uocantur etiam caniculæ. A. scylia. Hundfisch, Anglis dogfisch.

*Caniculæ maiores etiã homini infestæ, carchariæ, groß hundfisch, delphinis ferè similes. Ael. Gyllius Massiliæ lamiam nominari scribit, & Niceæ captam esse quæ ad quatuor milia librarum accesserit.

Vulpes marina, uulpecula, ἀλώπηξ, mustelini generis, A. Ael.

Fortassis & illud genus, quod ex Germanico Oceano aduectum magna Europæ parte distrahitur, Stockfisch appellant, et in species tres distinguunt, si non mustelis, longis tamen piscibus adnumerandum erit.

Scyllion Aristoteli, galeorum generis. Græci hodie scyllopsaron: Massiliæ palum: nõnullæ regiones caniculam appellant, Gyll.

*Mustella fluuiatilis & lacustris est: uide infra in Fluuiatilibus. Similes ei in mari, quos Venetijs uulgo *Galia & *Sorce appellant. Hunc quasi musculum, illam Gręco nomine mustellam. Est etiam in mari Germanico (ut audio) et lacubus quibusdam, qui uocat̃ *Welsen/wellinen, mustellorum, ni fallor, maximus.

Muræna, Myræna, A. Ael. Carolus Figulus interpretatur ein prick, qui in Rheno capitur, haud scio an in mari quoq;. Nomen ubiq; retinet, Gyll.

Murus, myros, murænæ mas est, A.

Myron, serpens marinus, Ael.

Conger, A. Ein meeraal. Nomen congri plæriq; retinent, Massiliæ tantum phialassus dicitur, Gyll.

*Acus piscis, belone, A. Ael. Nomen acus ubiq; retinet, Gyll.

¶ *De altero cartilagineorum genere, planis & latis piscibus.*

Aquila pastinacæ similis, aẽtos, A. Nomen seruat Neapoli, Gyll.

*Bos aquatilis: Dalmatæ adhuc bouem uocant, Gyl. Alius est inter cete.

Lamia, A. Lamna uero inter cete est. Vide Caniculæ.

*Passer piscis, psetta, A. Nomẽ apud Italos seruat, Platyßle. *Rhombus læuis & sine spinis suazo uel cuco Venetijs dicitur: Anglis Flunder: rhombus ipse turbut: & tertium genus maximum tolebut.

*Pastinaca piscis, trygon, A. Ael. Vulgo colũba marina. Ligurib. Ferrasa, Massilię Glorin9, Siculis Bastonaca, Gyll.

**Rhombus, turbo, asper & læuis, Ael. Massilieñ. & Ligures adhuc rhombũ, Galli ulteriores Turbotum uocant.

*Raia mas, batos: fœmina, batis, A. Ael. Nomẽ apud Græcos, quod spinis ruborum instar horreat. Latinũ nomen Galli & Itali seruant: Germanis ein roch, q̃ noĩe plures species appellant.

*Rana piscatrix, βάτος ἁλιεύς, A. Ael. barbata est, & lato oris rictu, unde ranæ nomen: barbulis suis pisces uenatur: sicut ille quem nostri uocant welsen uel wellinen.

Liobatos, leuiraia, Gallis bubosa siue mucosa.

Batis asterias, Massiliæ miraletus: ea uero quæ spinas habet cauelata, Gyll.

*Solea, sandalion, à figura corporis, passeri similis, sed angustior: nomẽ apud Italos seruat. Germanis ein tzungen/tungen, id est, lingua.

*Squatina, Squadra, rhine A. Ael. cutis eius asperitas limam refert, unde nomen Græcũ. Massiliæ piscis angelus. Græcis adhuc rhine & rhinobatus.

Squatraia, rhinobatus A. Ex squatina & raia mixtum genus.

*Torpedo, narce, A. Ael. Venetijs tremulam uocant. Massiliæ Turpillio, Liguribus Tremoriza, Gyll.

Tænia, uitta, soleæ similis, sed minor & strictior, Hispanis Azedia, Gyll.

¶ *De mollibus.*

Mollia, malacia Græcis dicta, exanguia, squamis, branchijs, spinis & cartilagine carent.

Mutis, mytis, pars quædã peculiaris mollibus est: quæ & mecon, id est, papauer uocatur.

*Lolligo, teuthis A. Ael. Liguribus & Italis calamarcus, Massiliæ taute. Lolliginum corpore continetur gladiolus dictus, xiphos.

Lollius

Lollius, τευθὶς, A. Massiliæ nomẽ seruat.
*Polypus, A. Ael. Nomen ubiq; ferè retinet.
Pompilus, quem & ouum polypi uocãt, A. Ael. Massiliæ pampalus, Gyll.
Eledona uel potius heledona polypi species, A. Græcis adhuc halidona.
Bolitæna polypi species, quæ & ossolis, A. in concha est.
Nauta, nautilus polypi species, itidẽ in concha, A. Plinius eundem pompylo facit, Ael.
Osmylus, Græcis hodie moschites, Massiliæ muscus, Gyll.
*Sepia, A. Ael. Ein meerspĩ: aliqui tamen cancrum quendã marinũ uocãt meerspĩ: Massiliæ atramentare. Sepium, quod in sepia loco ossis est.

¶ De aquatilibus quibusdam, quæ ad nullum ferè genus referri possunt.

*Orbis (ut recte habet Isidorus: in Plinio enim non recte orchis legitur) piscis quidam globi instar rotundus, latis dentibus.
*Lepus marinus, Seehaß, Ael.
Cordulus uel cordula, non pulmonem sed branchias habet, quadrupes est, egressusq; cibum petit in terra solus aquatilium, &c. A. Scordula uero, aliàs cordyla, dicitur, quæ primum ex ouo thunni prodierit.
*Hippocampus, A. Ael. Vulgo caballus marinus.
Centipes marina, scolopendra, A. Ael. Græcis hodie scolipetra, Gyll.
*Stella aquatilis, aster, A. Ael. Massiliæ adhuc stellam, Græci hodie scauron uocant.
Asilus, insectum marinum, œstros, A. Ligures uocant prusani, Gyll.
Pediculus marinus, phthir, A.
Simia maris rubri cartilaginea est, inuolucrum habet quale testudo, &c. Ael.
Spongia, spongos, A. Ael.
Aplysias spongiæ genus, illotariam Gaza interpretatur.
Achilleæ spongiæ, A.
Hircus spongiæ genus, tragos, A.
Vrtica, acalephe, A. Ael. Græcis uulgo colizana, Gyll.
Pulmo aquatilis, A. Itali muliebre pudendum uocant, Ligures capellũ marinum, Massilienẽ, carneũ pileũ, Gyll.
*Hirudo sanguisuga.

PISCES FLVVIATILES.

Pauci fluuiatiles à ueteribus descripti sunt: nam & ipsi pauci sunt: & multi ex eis ob paruitatem fortè neglecti, cum etiam in uictus ratione marinis posthabeantur: & Græci scriptores ferè in maritimis habitarũt: quos imitati Latini nihil propè nouum ipsi addiderunt: solus Ausonius in Mosella indictos ueteribus fluuiatiles aliquot elegantissime nobis expressit.
Alausæ, uide in Clupea inter marinos.
*Alburnus, Auson. ein alber / albeln. Abli uulgo dicti uidentur, Gyll.
*Anguilla, enchelys, Ael. Ein aal.
Aper, capros, piscis Acheloi fluuij pecu liaris, A.
*Aquo piscículus in lacu Lario.
Attilum Padi accolæ uocant Attinã, uel Adenam, uel Ladamim, Gyll.
Balagrus, uide Carini.
Ballerus uel balerus, fluuiatilis & lacustris est, cum parturit uadis sese intrudit, &c. A. Vide Tillo.
*Barbus uulgo dictus, quem aliqui falsò mullum interpretantur, mugilum generi adnumerari posse uidetur: ut mugil barbatus dicatur.
*Boithus, aliàs Cottus, quod magis probo, A. piscículus in fluuijs sub lapidibus latens: fortè quem aliqui gobium fluuiatilem uocant, ein grop/kop. Vide cottus.
Capito, uide Squalus.
Carini & balagri pisces ex amnicis epitrageæ, id est, steriles sunt: qui nec ouum, nec semẽ prolificũ ullũ unquã habent: sed qui solidiores pinguioresq; in eo genere sunt, ijs intestinum paruum est, et laus præcipua in pastu.
*Carpa, carpio, uide supra inter marios.
Chalcidem Aristoteles inter fluuiatiles numerat, Oppianus marinum facere uidetur, Gyll.
Cottus, uide boithus: cotte & cottis Græcis caput est, ut cottus fortè sonet capitonem: quo nomine nouo aliqui piscem illũ sub saxis stabulantẽ uocant.

Cyprinus uel cyprianus, A. carpo uulgò dictus, Gyll.

Dasquylli, Ἀσκυλλοι, cœno & stercore uescuntur, A. nec aliud.

Erythrophthalmus, rubiculus, nomina ficta apud Carolum Figulum, **rotaugen.**

Canicula fluuiatilis, Ael.

* Fario, ut scribit Carolus Figulus, **Ein fǒrinen**: ego Varium potius scripserim, à næuis quibus distinguit̃: à quibus lupum etiam Variolum Itali uocant. Est autem Fario trocta Aeliani, à uoracitate, uulgus Trutã appellat. Est præter communes troctas unum quod à riuis cognominatur * **bachfǒrinen** maculis rubris: & alterum in lacubus maculis nigris, delicatius cæteris, * **grundfǒrinen**. Similis est piscis quem nostri à rubicundo colore circa uentrem præsertim uocãt * **rǒtelin**, minor apud nos: in lacu Lemanno permagnus, ubi umble, id est, umbilicus uocatur. Est & * truta marina, ut Venetijs uocãt. Vide in Salmone paulò inferius.

Fundulus, nouo nomine, **ein grundel.**

Glanis in Meandro & Lyco Asiæ, siluro similis, Ael. Vide in Siluro.

* Gobij marini species aliq̃t sunt. Fluuiatilis (uide in boitho) Carolo Figulo **ein gǒbe**: Gallice ung gouuion, duos palmos longus, præpinguis, teres, multis in aluo ouis, barbatulus ut barbo.

* Lucius, **ein hecht**: ung brochet uel bechet Gallis. Carolus Figulus Lucium Ausonij suspicatur esse macrellã uulgò dictã, & lupum exponit **ein hecht**, quod non probo.

Mario in Danubio capitur, & alijs fluuijs plærisq̃, teste Gyllio, **ein huß**: Antaceus Aeliano, ut uidetur, & Herodoto. Vulgo moronem appellant, uel moruam.

Muræna Carolo Figulo, **ein prick**. Aliqui eam esse putauerunt quæ lampreda hodie uocatur: cui persimilis est, quam Argentorati uocant * **ein berling**. Murænulam docti quidam appellant, **ein nünǒug**.

Mustella, Plin. **ein trüsch**, quem piscem in lacu quodam Sabaudiæ adhuc mustelam uocant. Lugduni lotã: similis est ei quem Venetijs * uocãt gallion quasi galeon, id est mustelum. Carolus Figulus mustelam Ausonij interpretatur **ein lamprath**, sicut & Perottus.

Mullus marinus est. Carolus Figulus fluuiatilem facit, & exponit **ein mǒne**: Gallis ung monnier.

Mugilum fluuiatiliũ genera aliquot uidenť, nempe barbus, ut dixi: & squalus, de quo postea: & * is cui à naso nomen apud nos est: Lacustrem uero mugilem dixerim, quem in Acromiò lacu uocant **ein felch**, & alijs præterea nominibus: in Tigurino, **ein blauling**, à cœruleo dorsi, caudæ, pinnarũ & oculorum colore: in Lemanno solam.

Perca alia marina est, de qua superius: alia * fluuiatilis, **ein persich/stichling**, ǫd nomẽ etiã Pungitio dicto tribuit. Percas minores nostri uocant *egli*.

* Pungitius Alberto Magno, piscículus, cui nudis aliq̃t aculeis dorsum riget: Argentorati uocant **ein stichling**, ut nostri paruã percam, quæ & ipsa aculeos, sed pinnæ insertos habet.

Phoxini in stagnis fluuiorum & arundinetis lacuum semel anno oua ædunt: statim propè cum nati sunt, & admodum parui adhuc oua habẽt. Ar. nec plura.

* Picus piscis in Lario lacu (pigo accolis appellatur) Plinio cõmemoratus, sed sine nomine, quotannis mense Maio spinas clauis caligaribus similes toto corpore emittit.

* Prasinus, uide supra inter marinos.

* Salmo, Plinius, **Ein salm**, post autumnum mutata forma uocat̃ **ein lachs**. Thedo, Salar, Fario siue forella & Salmo, ætate tantum differunt, ut scribit Carolus Figulus. Fit autẽ salmo tum ex salmulo (* **ein selmling**) in fluuijs, tum ex farione mare ingresso. Idem Carolus.

Salar, uide Salmo. Salar Ausonij (inquit Gyll.) sine dubio est trutta uulgò dicta.

Silurus, glanis, A. Ael. Hyæna etiã inter cete glanos uocatur. De siluro Manard.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 1, [479] - 231v
PUBLIC DOMAIN

Manard. in Epistolis. Vide inter marinos in sturione. Ael. glanin siluro similem facit. Gyllius etiã diuersos esse contra Gazam & Plinium probat.

Squalus, capito fluuiatilis, **ein alet**: Genus mugilis fluuiatilis uidetur. Lugduni Munius, accolis Adriatici adhuc squalus, Gyll.

Sturio, uide supra inter marinos.

Thedo, uide Salmo.

Thymalus, Ael. **ein äsch**, Italice temolo. Thymus aliâs. Vmbra Gallis alicubi.

Tillo, τίλλων, fluuiatilis & lacustris est. Ipsi & ballero lumbricus canis exortu innascitur, qui debilitat, cogitq́ ad summa stagni efferri, qua æstu intereunt, A. nec plura.

Trocta, uulgo Truta, Aelia. uide Fario. Aeliani & Ambrosij Truttæ (inquit Gyllius) marinæ sunt, Amiæ ab alijs scriptoribus dictæ.

Trullius pisciculus quidam Larij lacus ab accolis uocatur.

Trutta, uide Trocta.

Tinca, Auson. **Ein schley** Germanis à lubrico lentore.

¶ Degũt & alij plures in fluuijs nostris, quorum præter Germanica nomina non habeo, imagines tamen omnium dabimus, cuiusmodi sunt: * **Kutt.** * **Steinbysser**: quod ore puto lapidibus adhærescat. * **Greßling**, forsan ab alga. * **Rottenen**, à colore rubro pinnarum. * **Hägele**, quasi halecula. **Plick**, paruus & latiusculus. * **Lougele/onhopt**: genus encrasicholi uidetur, &c.

In Mappa Olai Magni nigri pisces multipedes nassa capiunt̃. Vir pisces sub glacie ictu securis stupefaciens, Ibid.

MALACOTSRACA.

Malacostraca uocant, quę crusta siue testa molli obducuntur: quod genus omnia quidam generali uocabulo cancros appellant.

Partes crusta intectorum, pedes, crusta, mutis seu papauer, & chela, id est, forceps in multis. Vide Arist.

* Cancer fluuiatilis, carcinus, A. **Ein kräbs.**

* Cancer marinus, A. **Ein meerkräbs.** Venetijs gambaro marino. Ael.

* Cancer marinus acephalus, **ein meerspinn**: quo nomine sepium plures uocant.

* Cancellus, carcinion, A. Alius est pinnother dictus, Ael.

Crangines, genus squillæ, A.

Gammari, astaci, A. Ael.

Gibbæ genus squillæ, A.

Cicada marina, Ael. Massilię nomen seruat, Gyll.

Hippeus, id est, eques, cancri genus à celeritate. Cancer cursor, Aelian.

* Humer barbaro nomine, maximum cancri genus in Oceano septentrionali: fortè Elephas Plinij. Elephanti nomen (scribit Gyllius) Neapoli adhuc durat, nescio Pliniani ne an alterius.

Leo, Ael. Massiliæ Ligombaudus: Quidam astacum appellant, sed alius est quàm ueterum astacus.

Locusta, carabus, nomen ferè Gallis & Italis seruat, Ael.

* Maia, mæa: cancer marinus paguro similis, maior. Massiliæ squinada, Gyll.

* Paguri Venetijs cancri porri dicũtur. Ael. Massiliæ carabassi.

Pinnother, A.

* * Squilla, caris, A. Ael. Squilla parua, caridion, A.

Squillarum generis sunt quæ gibbæ dicuntur, item crangines.

¶ OSTRACODERMA.

Ostracoderma uocat Aristoteles, quibus durior & silicea testa pro tegmine, ut sunt uaria concharum & muricũ genera, &c. quorum testa fragilis non collisilis est ut crustaceorum.

Conchæ maris rubri, Aelian.

Auris marina, patella fera, A.

Balanus, glans, A. Venetis dactylus.

* Berberi Arriano, conchæ Indicæ margaritiferæ: quas uulgo matres perlarum uocãt, biualues, & maiores alijs quæ margaritas ferunt conchis. Conchæ margaritiferæ, Ael.

Brissus echinorum species, A.

Buccina, ceryx A. Ligures cornetos uocant, Massiliẽses bios cornetos, Gyll.

Calli, tubera, uertibula, holothuria, te-

thya, A. Calloſa materia teguntur calli, numerandi fortè inter ea quorum certum genus non eſt.

Chama, χάμα, A. Ael.

Cocalia, A.

* Cochlea, turbo, ſtrombus, A. Aelia. Limax marina, Maſſiliæ. Cochlearũ genera diuerſa ſunt; omnes autem turbinanẽ. Sunt & minimæ lacuſtres quædam tenui admodũ teſta alba, & hortenſes nigræ perexiguæ.

Cochleæ Ponticæ, Ael.

Concharum quoq; multa ſunt genera: omnes ferè planæ, latiuſculæ, & biualues habentur: quanquam & aliæ ſed minus proprie ſic uocenẽ. Græci hodie ſpherdoclos uocãt; accolæ Adriatici ſpongias, quod aquam cum premuntur foraminibus reddant. Itali cappas appellant conchas omnes.

* Digitus, ſolen, unguis, cappa lõga Venetijs. Ibidem eſt quæ * * cappa tonda, id eſt, concha rotunda uocatur: et rozzola, & peuerazza, id eſt, chama læuis, & aliæ diuerſæ.

* Conchæ fluuiatiles quædam margaritas ferunt Muſculi, mityli, myes, A. marini (è quibus nonnulli muſco obducuntur) et fluuiatiles. Cuniculi Venetijs.

In conchis latent etiam polyporum ſpecies nauta & pompilus.

* Echinus uel ericius aquatilis, A. Ael. ricio Venetijs, ericius Maſſiliæ, ubi et echinometras raſcaſſos uocãt. Sunt etiam qui à Siculis maſculi uocãtur.

Echinorũ ſpecies ſpatagus & briſſus, A.

Galades conchæ teſtas habent læues, A. nec plura.

Glans, balanus, A.

* Limax terreſtris niſi in hoc genere numeretur propter teſtam, & quia in mari ſimilia ei animalia quædam degunt, & ipſe in aqua uiuere poteſt: nuſquam alibi niſi ſolus in ſuo genere nominari poterit. Differentiæ eius ex magnitudine, coloribus, & locis habentur. Lacuſtre genus quoddam perexiguum eſt, non turbinatum ſed planum, inſtar calculi quem umbilicum marinũ aut fabã marinã uocãt.

* Seſilus, σέσιλος limax nudus & ſine concha eſt: ruffus aut niger.

Murex, aporrhais, A.

* Mus aquatilis uel teſtudo lutaria, μῦς, ἐμύς, ὠμύς, Ein ſchiltkrot. Galli & barbari eos imitati tortucam appellant. Marina magnitudine & colore à lutaria differt. Oppianus eam inter cete numerare uidetur.

Natex, νηρίτης, A. Nerite, Aelia. Accolæ Adriatici adhuc Neriten, Hiſpanica ragolum dicunt.

* Oſtrea. A. Ael. Nomen ſeruant apud plæraſq; gentes.

Pectines diuerſi, pectunculi, kienes, A. S. Jacobs muſchelen. Inueniuntur magnitudine, coloribus & figura differentes.

* Peloris conchæ genus.

Pinna, margaritam fert, ſicut berberit. aliæ quædam conchæ, A. Ael. Maſſiliæ nacram, Siculi lanam pinnulam uocant, Neapoli Pernã. Plinius pinnis haud diſſimiles pnas circa pontias inſulas reperiri ait, Gyll.

* Porcellanas Itali uocant, quæ Athenæus puto χοίρεας, conchas omniũ leuiſſimas, labris quodammodo dentatis: ex quibus minimas & albas noſtri uocant * mũterſtem.

* Patella, lepás, A. Ael. Ligures & Maſſilienſes patellas adhuc dicunt, Angli lempat.

Patella fera, quę et auris marina, A. Pantalena Venetijs.

* Purpura, porphyra, A. Aelia. Fauago purpurarum, melicera, A. Maſſiliæ et murices & buccinos uocant bios.

Sphondylos, Columellæ. Apulis & Siculis nomen ſeruat: Maſſiliæ hoſtiam, Græci hodie Gaidarupoda, id eſt, alinipedem uocant, Gyll.

Spatagus, echinorum ſpecies, A.

Strombus, turbo.

* Teſtudo marina, chelone: Ael. A. Vide mox ſuperius in mure aquatili.

Tellinæ, Athenę. Dioſc. Cõchulas quaſdam Romæ uulgo adhuc tellinas uocant.

Tubera, uide calli.

Turbo, ſtrombus, cochleæ genus, A. Ide ſtrombodes, turbinatus.

Verũbula, uide calli.

Vmbis

Vmbilicus, A.
Vnguis, uide Digitus.

¶ SERPENTES. Nic. Nicandrum indicat.

Nicol. Leoniceni.
Aspis, Nicand. in Theriacis.
Amphisbæna, Nicand. Ael.
Acontiæ, Nic.
Basiliscus, Nic.
* Cæcilia, Plin. typhlops Nic. Ein blindenschlyher.
Cenchrynes, Nic. Ael. Aëtio lib. 13. cenchrites, ubi & plurimos alios serpentes describit.
Cerastes, Nicander, Ael.
Chalcis Aeliano seps inter serpentes: cũ Lacertus chalcidicus sit, nõ serpens.
Chelydrus, Nic. Ael.
Chersydrus, Nic.
Coluber, idem Hydro, Aelia. Vide Hydrus.
Dipsas, Nic. & Galen. ubi de uiperis, lib. 11. de medic. simpl.
Ael. & Luciani libellus de dipsadib.
Scripsit & N. Leonicenus de dipsade & pluribus serpentibus librum 1.
Draco, Nic.
Dryinus, Nic. Ael.
Elopes, Nic.
Hæmorrhous, Nic. Ael.
Hyæna serpens, Ael.
Hydrus, Nic. Ael. Gaza in A. uertit natricem, Ein wasserschlang. Vide Coluber.
Iaculus, Ael.
Leo, idem cenchrinæ, apud Nic.
Libyes, Nic. Moluri, Nic.
Myagri, Nic.
Myron, serpens marinus, Ael.
Pareas serpens Aesculapio sacer, innocens, Ael. Baron hodie, ut uidetur, in Italia ab agyrtis ex D. Pauli familia, ut se uocant, uocatur.
Scytala, Nic. Ael.
Porphyrus, Ael.
Prester, Ael.
Sepedon, Nic. Ael.
Seps, Ael. Serpens marina, A.
Serpens in alto monte, In mappa Olai Magni. Pastor cum serpentibus pugnans, Ibidem.
Serpens marinus trecentos pedes longus, homines è naui rapit, In Mappa Olai Magni.
Vermis marinus 40. pedes lõgus, Ibidẽ.
Vermis Indicus, Ael.
* Serpens exiguus, quem in Italia quidam tyrum appellant, forsitan dipsadum generis. Arabum tyrus uipera est, quam Græci θῆρα κατ' ἐξοχὴν appellant.
* Seta uermis, nouo nomine, Ein wasserkalb.
Typhlops, uide Cæcilia.
Vipa, echis, Nic. fœmina echidna, Ein nater/hecknater, uipernater. De tyro seu uipera N. Leoniceni liber 1.

¶ INSECTA, quæ exanguia sunt, depeda, uel multipeda.

Insecta primũ uolucria nominabimus, quorum alterum genus Culeopteron .i. uaginipenne est. Deinde reliqua.
¶ Insectorum quæ fauos faciunt genera nouem, quorum priora sex gregalia, cætera solitaria sunt.
* Apes, A. Ael. Bynle/ymble.
Reges apum, A.
Fuci, A. Ael. cephênes.
* Vespæ annuæ, A. Wespe. Vespa, Ael.
* Crabrones, A. Brämen.
Teredines, A. Hurnuß, τερηδόνες.
Sirenis maior, niger, uarius, σειρήν, A.
Sirenis minor, fuscus totus, A.
Bombyx, maximus inter prædicta.
* ¶ Musca, Ael. Ein mugg/fliegen.
* Culex, Ein schnaack.
Asilus, tabanus, œstros, Ael.
Pyrausta, Ael. lampyris, phalæna Nicandro: cicindela, ex blatta quadam cinerea nascitur.
* * * Papiliones uarij, coloribus & magnitudine differentes, Pfyffholter/summeruögele.
* Meymuck, id est, Maij mensis musca.
* Musca quædam fluuiatilis, omnium longissima.
Cynomyia.
Blattæ quædam pennatæ in aluearijs gignuntur.
* ¶ Formicæ, nigræ, alatæ, Omeys.
¶ Degunt & in aquis quædam, ut de asilo & pediculo marinis diximus: & in dulcibus aquis * uermiculi quos uocant rückle, kärderle.

¶ Vaginipennia, quæ omnia ferè cantharos, id eſt, ſcarabeos uocant.

* Bupreſtis, Nic. ein gauch: ein groſſer goldkäfer. Aliud genus nigrum uocant roſſzkäfer.
* Cantharis, Nic. ein kleiner goldkäfer.
* Melolonthe, ein loubkäfer.
* Scarabeus taurus, A. ein ſchröter. Vulgo ceruus uolans.
* Scarabeus pilularius, Ael. kaatkäfer.
* Cantharides rubræ, vnſer frowen kůle, punctis diſtinctæ latiuſculæ: eſt & aliud genus gracilius, quod liliis præcipue inſidet, ſine punctis.

Gurgulio, kornkäfer.

¶ Alia inſecta, multipeda primum.

* Formicæ ruffæ minores, nigræ maiores & ſyluaticæ. Ael.
* Aranei, magnitudine, colore, figura corporis & telarum differentes, Ael. Cælius in Araneo.

Phalangia, dici poſſunt, erdtſpinnen: tarantulæ Italis. Multa eorum genera Nicander deſcribit.

* Phalangium minimum, ſteinſpinnen.
* Tipula, waſſerſpinn.

Scolopendra, cētipeda, millepeda, Nic.

* Eruca, ein krutwurm / graßwurm / raupen, κάμπη. Erucarū genera permulta ſunt. Ael. in Campe.

Pityocampe, piceis innaſcens eruca.

** Eruca hirſuta minor iulus, & maior, cuius unū genus cornutū eſt, eiuſq; rurſus ſecundum colores differentię.

